Digitized by Google

69
4M F
12

¶PROCOPIVS DE BELLO GOTTORVM.

¶Opus Procopi/de bello Gottorum. cum inhibitione. S. d. dñi Iulii papę. II. ſub pena excõis latę ſententię quam cõtra facientes ipſo facto incurrent. factum anno. M.ccccvi.

SAnctiſſimus in xp̃o pater & d. d. Iulius diuia ꝓuidẽtia papa. II. per lr̃as ap̃licas inhibuit oĩbus & ſinglis xp̃ifidelib9 ſub pena excõis latę ſentẽtię: a qua abſolui nõ pñt niſi ſatiſſactiõe p̃miſſa: qt9 nullus audeat ĩprimere: uel imprimi ſeu uẽdi facere libꝝ hũc operis Procopii quẽ imprimi feci ego Iacob9 de mazocchiis Romanę achademię bibliopola. ſicut plenius patet in lr̃is ap̃licis deſup cõfectis.

B. Caſalius.

Expertum ſ̨enos aurum eſt precioſius ignes.
Se reparat Phœnix quo cadit ante rogo.
Romaq; Barbaricis toties labefacta ruinis
Vſq; ſuo maior funere facta redit.
Iſta docent Graii monumenta latina Procopi
Aſtra parat uirtus/Sydera ſcripta parant.

Iac. Alpharabius Leoniss.

Infœlicia Gothicis ruinis
Si quis Rumulidum uidere ſœcla
Quærebas prius: aere uel minuto
En picta tibi clarius tabella
Antiquæ licet urbis intueri
Hic totum excidium: atthico an latino
Bellum/quo lubet/ore: cum diſerti
Gothicum legis arduum Procopi.
Quiſquis barbarici memor furoris
Infœlicibus obſtupeſcet annis
Fœlix: ſi ſapiat malo parentum

Thomas de Petraſancta.

Gothica bella tibi/tua damna/Procopius offert.
Tandem nominibus: Roma notata tuis.
Perlege quodcunq; eſt: haud nunc eſt Gręcia mendax.
(Gratia ſit q̃uis: credere mendacium)
Sed tibi uera canit: ueris celebrata latinis:
Quod ſi Roma negas: diruta proſpicias.

¶ Iacobus mazzochius Ro· achademiæ Bibliopo
la· T· phedro Ingeramio· S· P· D·

CVm hiſtoriam reꝝ Gothicarum Procopii/ perſcriptam ab eo grece/ neq̃ ita multis annis tranſcriptam in latium/ imprimendam curaſſem/ conducturum putaui auctori ſane infrequenti/ & obliuionis tenebris pene obſito ſi ei noua lux auctoritatis a luce atq̃ auctoritate tua T· phedre quęreretur: nam cũ eo proceſſeris ingenio/ iudicio/ exiſtimatione/ omni deniq̃ genere doctrinę/ ut hui9 ætatis aut nemo aut paucissimi parem ſint laudem litteraꝝ & eloquentiæ conſecuti/ profecto hunc libꝝ quicunq̃ in manus ſumet/ is ſtatim intui clarissimi noīs acquieſcet exorſu/ graueq̃ & lectione dignũ opus iudicabit/ quod uel ad te delatũ uel tibi probatum uel tuo teſtimonio fuerit confirmatum Quod ſi in harena ſpectari hoc ſolet/ ut qui primũ producũtur ad populum depugnaturi illuſtrem cõmendationem afferant ex ueteris & ſpectati alicuius gladiatoris diſciplina: q̃to erit iſtuc in hoc libro inſignitum eminentius: quũ ei doctiſſimi atq̃ eloquentiſſimi omniq̃ dignitate ornatiſſimi uiri cõmẽdatio preluxerit: & tamẽ ſi ipſoꝝ generũ diſcrimen diiudicandum eſt/ multo ſunt inſtrumẽta artium honeſtaꝝ cedi & ſanguini funebris pompę anteferẽda: Sed & mihi iampridẽ cogitanti qua te pro tuis ampliſſimis uirtutibus & ſumma aduerſum me liberalitate/ gratia proſequerer/ nihil occurrebat aptius (q̃q̃ neq̃ id ipſum ſatis aptũ tamẽ) q̃ tibi tanq̃ omnis doctrine arbitro que ad eam ipſam facerent monimẽta dedicare: in quo quidẽ multũ officio meo aliq̃tum laudi tuę plurimũ huius hiſtoriæ reuiuiſcẽtis exiſtimatiõi cõſulatur: Neq̃ adeo parũ dignus eſt qui tuis exeat auſpiciis Procopius: grauis in primis auctor: & qui quodã quaſi icorrupto teſtimoio ueritatis opinionẽ obtinuit religiois: Interfuit· n· eis rebus quas ſcripſit: illudq̃ bellũ qđ prope ſupremũ cõtra hãc urbẽ a/ barbaricis natiõibus geſtũ ẽ· cũ fide lr̃is pſecutus eſt: cuius q̃q̃ belli memoria nobis luctuoſa ẽ/ qui in ipĩs illis habitam9 imanĩtatis barbarę ueſtigiis/ ut nr̃oꝝ maloꝝ ſcꝫ nõ liceat obliuiſci/ eſt tñ quo nos conſolemur tanq̃ fortiſſimi uiri glorioſa morte/ ſic po· romãi honeſto exitio: Hoſte· n· fortiſ pſtrato/ ea ſunt uulnera accepta quę neruos imperii & ueteris fortunę uincula ceciderũt: Opus igitur quod noua editione diuulgamus tuo nomini dedicatũ & quodãmodo cõſecratũ honori/ uel meę erga te uolũtatis idoneũ iudiciũ fuerit· uel tuę hũanitatis & auctoritatis ſimulachrũ· Vale·

❡PROCOPIVS DE BELLO GOTHORVM PER CHRI- STOPHORVM PERSONA ROMANVM PRIO- REM. S. BALBINAE TRADVCTVS.

g

OTHORVM perſcripturus nunc denique bellum: ea imprimis ediſſeram quæ gothis item & Italis anteq̄ inter ſe armis decernerēt: cōtingere. Zenone itaqꝫ Byzantii imperante: Auguſtus occidētis tenebar imperium: quem & Auguſtulum iccirco uocitabant Romani: quia puer admodum regnum ſuſceperat: quod utique illi Horeſtes pater uir quidē ſapiētiſſimus gubernabat. Romani uero ante hac paulo Sciros Alanoſqꝫ & gothicas alias huiuſmodi nationes in ſocietatem aſciuerant: Vnde ab Alarico Antalaqꝫ gothorum tunc ducibus ingentia ſunt mala perpeſſi: barbarorum preſertim florentibus in Italia rebus: Nam Romanorum adeo principum ea tempeſtate defecerat dignitas: ut ſub decente ſocietatis & fœderum nomine: a peregrinis uim & barbaris paſſi: ita uiolarentur: ut impudenter ac neſarie ad pleraqꝫ cogerentur inuiti: cum illi æqum iam ducerent: omnibus Italiæ agris ut ſibi concederetur: quorum tertiam antea partem Horeſtem gothis iuſſerant impartiri: quem ſtatim cū haud quāquā facturū id ſe tateretur: interfecere. Erat autem Odoacer inter Italos quidā Oreſtis armiger quondam: qui gothis omnia pro eorum arbitrio exſecuturuꝫ ſe obtulit: ſi Romanorum principem ſe conſtituerent. hoc pacto cum ſibi tirannidem comparaſſet: Auguſtulo ipſo imperatore ſine offenſiōe alia ulla permiſſo: impriuati hominis morem: uitam ut duceret: ac tertia italicis agri parte barbaris contributa: cum hiſqꝫ inita firmius ſocietate: ad decimū annum tyrannidem ſtabiliuit: per id tempus & gotthi q imperatoris permiſſu thraciam incolebant: aduerſus Romanos Theodericho duce: uiro tūc quidem Zenonis byzantii imperantis beneficio patricio & conſulari arma ſuſtulerant. Sed imperator Zenon qui optime diſponere preſentia percallebat: Theoderichū ut Italiam peteret: monet: & Odoacro tyranno in poteſtateꝫ redacto: heſperię principatū ſibi gotthiſqꝫ pararet: illi id longe plurimum cōducturum affirmans: & ſi cætera preſtanti ac ſenatorio uiro: ut tyrāno deuicto: Romanis & italicis cæteris imperitaret: q̄ ſecum: ut imperatore: inconſideratius uelit armis decernere: ac tantum inire dubie belli fortune diſcrimen.

Zeno Imper. Conſt.

Auguſtulus Imper.

Horeſtes.

Cauſſa clādiſ ſitalice externa auxilia.

Gothi tertiam partem agri Italici petunt.

Odoacer

Odoacer Tyrānidem Romæ occupat.

Auguſtulus deponitur.

Theoderic9 gothorum Rex.

Theodericus in Italiam.

Theodericus uero imperatoris perſuaſione & cōſilio delectatus:e/thra
cia Italiam uerſus iter ſuſcepit:uniuerſo gothorum populo ſe proſequē
te:curribꝰ impoſitis liberis coniugibuſqꝫ:& ſupellectili omni:quacūqꝫ
poterāt ſecū deferre:ubi uero quā proxime ad Ionicū ſinū eſt uentū:cū
nullę in preſentia paratę eſſent ad traiciendū exercitum naues:circū-
ito Ionico ſinu:per Talantiorum agrum aliorumqꝫ nationem & finiti

Odoacer contra Theodericum.

marum iter gothi fecere.quibus aduenientibus Odoacri milites occur
rerunt:& bello ſepe deuicti:cum duce una:intra Rauennam ſe ſe & alia
munitiſſima loca continuere.Dum interea igitur gothi hos obſiderēt:

Ceſena.
Odoacer Victꝰ Rauennā ſe recipit.
Rauēn ę Situs.

cætera munimēta:quibus uis poterāt modis circūiecta cepere.Ceſenā
tamen preſidum Odoacri habentē quod a Rauenna ſtadiis abeſt trecē
tis Rauennāqꝫ ipſam in qua Odoacer tyrānus erat:nec obſeſſorum de-
ditione:nec ui aliqua potuere in poteſtatē redigere.Rauēnæ ſiquidē
ciuitas ea:cū clementer edito ſita ſit loco:& in poſtrema ionici ſinus par
te:ſtadiis duobus interpellata:quominus marittima ſit:nec nauibus q
dem uidetur:nec pedeſtribus copiis aditu ſat facilis:ſiquidem huiꝰ ad
littus ſubduci naues nil poſſunt:cum mare ipſum impedimento ſit:cō-
fragroſum ſuapte natum uadoſumqꝫ:id namqꝫ nō minus q̄ per ſtadios
ferme triginta ſyrtes facit:Vnde id littus uel proxime ad nauigantibꝰ
prę ſyrtiū cōtinuatiōe & copia:procul abeſſe apparet:nec pedeſtri ex-
ercitui puiū eſt:Padus namqꝫ quē & Eridanū dicūt:e/celticis montibꝰ
ea delatus:& alia nauigabiles amnes:cū paludibꝰ circumiectis urbem
hanc circūplexi:undequaqꝫ irriguā reddūt.Quo ſane in loco in dies ſin
gulos mirandum quid accidit:Mare namqꝫ in fluminis ſpeciem.Sūmo
diluculo incōtinentem infertur:ac terrę tantū exęſtuando inuadit:quā
tum una die itineris expeditus uir quiſpiam cōficere poſſet:atqꝫ adeo
ut mediterraneū locū ſatis idoneum ad nauigandū efficiat:rurſum de-
inde circa ſerū diei:inundatione ſoluta:ęſtu reiciprocante:emiſſas in ſe
undas reducit.Vnde quicūqꝫ in Ciuitatem uel inferre neceſſaria uolūt
uel quacūqꝫ de cauſa onera inde efferre:nauibus ea primū imponunt:
hiſqꝫ in locū ſubtractis unde fieri traiectus ſolet:æſtum operiunt:quo
inuadēte ſenſim undis nauigia ſulleuata:curſum tenent iam deſtinatū:
in hiſqꝫ & nautæ nauali operi ac ſimul remigio inherētes:e ueſtigio na
uigant:quod utiqꝫ non ſolum Rauēnate in agro ſet paſſim per eius re
gionis littora in Aquileiam uſqꝫ urbem perpetuo fit:haud tamen per
omne tempus:uel eundem in modum id fieri cōtingit:nam cum immi-

nuitur luna:& lucis præſe paululum tulerit:haud quaq̃ tam ualide ſa
lum ex æſtuat:ſed ſemilunio ad ſemiluniũ alterũ uehementior ea inun⸗
datio excitatur:Sed de his hactenꝰ theodericꝰ uero in Rauenę opſidio
ne:cũ annũ iam tertiũ contriuiſſet:gothiqȝ ipſi diutius hanc opſidẽdo:
tedio ac moleſtia afficerentur:& Odoacri inſuper milites neceſſariarũ
rerum urgerentur inopia:Conuentũ ad inuicẽ eſt:Rauennæ antiſtitis
interuentu & pacificãtis Theodoricus Odoacer qȝ æqua ac ſimili ſorte
ea in urbe ut uiuerent pariter qȝ potirentur imperio·Quibus cõuentio
nibus aliquãdiu utrinqȝ ſeruatis:Theodericus per cauſam quod in ſe
machinatus inſidias eſſet:Odoacrũ ad epulas fraudulenter uocatũ:cũ
occidiſſet:barbaris ſibi & hoſtibus cõciliatis qui reliqui fuerãt:gotho⸗
rum ſolus & italicenſiũ imperiũ tenuit:romani tamen imperatoris nec
inſignia quidẽ nec nomen ſibi deſumpſit:Sed quoad uixit rex eſt appel
latus:quo noĩe ſuos barbari nũcupant duces:Is itaqȝ ſuis ſic p̃erat ſub⸗
ditis:ut oĩbꝰ ornamẽtis quæ uero imperatori cõgruerent ſe cõmuniret:
Nã & iuſtitiæ ſtuduit plurimũ:legibus firmiter obſeruatis:& a circũ⸗
iectis & finitimis barbaris:Italiæ agros ad ſecuritatẽ tutatus eſt:quip⸗
pe qui ad magnanimitatis & ſapientiæ ſummũ faſtigiũ peruenisſet:atqȝ
adeo ut in ſubiectos nec minimũ quippiam ad iniuriam exerceret:nec
cuiq̃ ſibi id forte inſinuanti aſſentiretur:preter id unũ:ut Gothi agruȝ
quẽ Odoacer ſuæ dederat factionis hominibus inter ſe partirent·Erat
autẽ Theoderichus fama quidem tyrannus re tamen præ ſe ueri ſpeci⸗
emqȝ imperatoris ferebat:ut qui uel eorũ qui a principio ea in dignita⸗
te probatiores fuiſſent:nemini inferior fuerit:& gothos itẽ ac Italos pa
ri quadam ac ſumma beniuolẽtia ſuapte humanitate proſequebat̃:ita
ut omnes:quod uticqȝ difficillimũ eſt:eius imperiũ oblectaret:in ciuili
bus nãqȝ & publicis rebus tractãdis uaria nimirũ ſunt mortaliũ uota:
& ſepe id accidit p̃ſens imperiũ his quideȝ & de improuiſo ut placeat·
quibus uoluptati ſunt quæ geruntur:uel ut merore afficiantur:quibꝰ
aliter longe ac ſentiant res ipſe procedunt·Annos itaqȝ Theoderichus
cum ſeptem & triginta ſuperuixiſſet:uitã finiuit:qui uticqȝ ut hoſtibꝰ
horribilis fuit:ita & ſubiectis immodicũ ſui deſiderium moriendo reli
quit:Sed mortis illi hec cauſa fuit·Symmachus & huius gener Boetiꝰ
a ſuis maioribus gentis nobilitatem adepti:inter romanos & Senatori⸗
os uiros principes erant:& conſulatus utriqȝ dignitate perfuncti:philo
ſophiæ ſupra cæteros & æquitati ſtuduerãt:multiſqȝ tã ciuiũ q̃ exter⸗

Triennio obſidetur Odoacer·

Pax inter Theodericũ & Odoacrum cõmunicato Imperio·

Theodericus p̃ fraudem Odoacro ocaſo Italia potitur

Theoderici lauſ

Theodoricus moritur

Symmacus Boetius·

norum inopiæ ſuccurrendo ſaluti fuere: Hi poſtq̃ ad ingentem gloriã euaſere: deterrimus quoſq; in ſui inuidiam concitarũt. Nam his delatoribus Theodericus rex perſuaſus Symmachũ Boetiumq; res perinde nouantes occidit: eorumq; bona omnia publicauit: Sed paucis poſt diebus: cenanti ſibi cum miræ magnitudinis piſcis miniſtri decoctum caput appoſuiſſent: Symmachi nuper occiſi caput illi eſt uiſum: prefixis & extantibus inferiore in labro dentibus: & torue intuentibus oculis furibunde ſibi & acerbius cõminari: Vnde monſtri nouitate territus: mẽbriſq; preter modũ tremebundus & rigens: in cubiculum ſtatim citato gradu ſeceſſit: idẽtidemq; iubẽdo: rogare ut ſibi uim magnã ingererẽt: lecto decubuit: & parumper quieuit. Elpidio deinde medico: omnibus quẽadmodũ accidiſſent diligentius explicatis: in Symmachũ Boetiũq; patratũ p ſe ſcelus deflebat: quo deniq; deplorato: ex accepta calamitate dolore ingenti affectus: haud longe poſt moritur cum primum id in iuſtitiæ: & ultimũ in ſuos icicirco exercuiſſet: exemplum: quia non ſuo & priſtino more diligenter perueſtigata cauſa: in tãtos uiros animaduerterat. Theoderico igitur ſuo fato perfuncto. Atalaricus huius ex filia nepos ſuſcepit imperiũ: annos octenos natus ſub matre Amalaſſuntha adhuc educatus: Nã huius pater ex humanis exceſſerat: nec longo poſt tempore q̃ Iuſtinianus iniſſet Imperium. Amalaſſuntha itaq; filii procuratione ſuſcepta regnũ adminiſtrabat: prudentia & æquitatẽ mirifice pollens: uirilem pre ſe ferebat naturam: quippe quãdiu hæc imperio prefuit: romanũ neminem uel corporis pœna affecit: uel rerum iactura quinetiam nec gothos ipſos & ſi laceſſendi romanos pcupidos: his quoq; pacto iniuriam permittebat inferre quin potius Symmachi ac Boetii liberis paterna bona reſtituit: animo preterea deſtinarat romanorum ex inſtitutis ac principum more: uitam de cætero ut filius duceret: iãq; ad litterariũ ludum hunc ut uentitaret coegerat: tribus gothorum ſenioribus lectis: qui ſapientia cæteris & humanitate preſtarent: iuſſiſq; Atalarico cõtinenter aſſiſtere: & una uictitare: Sed gothis hæc minus placere: ut qui ſubiectis inferre iniuriã cuperent: & p Atalaricum mallent more barbarico regi: Vnde cum mater ſemel delinquentem in cubiculo puerum: frenandi caſtigandiq; gratia manu ut aſſolet pcuſſiſſet: gothi ad ſe uenientem & lacrimabundum hunc cõſpicati: rem quidẽ p moleſte tulerunt: & Amalaſſunthę licentius conuiciati: idẽtidem affirmabant: peruelle hanc puerũ quãprimũ pditũ rei: ut mox ipſa uiro al

Symmachi & Boetii mors.

Mirum Portentum.

Theoderici mortis cauſſa

Atalaricus Rex

Amalaſſuntha Theod. F.

Iuſtinian⁹ Imp.

Amalaſſunthæ laus.

teri nubat: cum eoq; gothis & Italis ſimul Imperitet· Cõuentu itaq; ſa
cto:& in unũ contractis qui pollerẽt facũdia uiris:aditaq; Amalaſſun
tha acrius querebant: nec recte ſibi regẽ nec decentius erudiri· Siqui
dem litteræ & ſeniorum inſtructiones longo interuallo a fortitudine & — Gothi regẽ lr̃as
magnanimitate abeſſent: Ex his q̃ illũ effeminari potius & ad timidita — diſcere ꝓhibeat
tem traduci: Sed neceſſariũ fore qui res maximas ſit audenter & ſtre
nue aggreſſurus: ex hiſq; gloriã habiturus nõ mediocrẽ: p̃ceptoris ut
ſit formidine liber & armis ut ſtudeat: illudq; ſedulo dicere: ne Theo
derichũ ipſum gothorum liberos adludi magiſtros mittẽdos quoq̃ pa
cto ꝑcenſuiſſe: idq; frequentius uſurpaſſe haud quaq̃ eos quos ferulę ti — Pueros nõ eſſe ti
mor iam inuaſiſſet: gladios ac lanceas parui facturos: unde par fore du — mori aſſuefaciẽ
cebant Amalaſſunthã ut minime p̃teriret: Theoderichũ p̃rem q̃ tanta — dos·
rum rex ſit urbiũ factus: & regnũ ſuſceperit: nulla ſe ex parte contigens
lr̃as ipſas: nec audita quidẽ uſpiam ꝑcepiſſe· Quocirca regina inquiũt
pedagogos iſtos miſſos nunc facito: & Atalarico q̃ ſecum uiuant eoꝝ uos
dato: & ætate una ut florida prouehant: proq; lege barbarica ad uirtu
tem & uirilitatem impellãt: his auditis Amalaſſuntha: & ſi minus quę
dicerent probaret: uerita tamen barbaroꝝ inſidias præ ſe quidem læti
tiam ferre: & uoluptati ſibi fuiſſe quę hi detuliſſent diſſimulare: ſed de
inũ quæcunq; ab ſe barbari exegiſſent permiſit: pro eoꝝ arbitrio fieri:
Senioribus itaq; Atalaricũ deſerentibus: pueri quidam adhunc cõue
nerunt: uitæ comites impoſterũ aſſuturi: haud dũ puberes: nec mul
tum regenatu maiores· hi ferme Atalaricũ ubi ad pubertatẽ peruenit:
ad temulentiã & fœminarũ cõcubitus cõpellendo: ſic nimie deprauatũ
moribus reddiderũt: ut uel matri ſe cõtumacem p̃beret: nec prorſus hãc
magnifaceret: iam & ſi barbari in eã iã cõſpiraſſent: e regiaq; abſcedere
impudenter Iuſſiſſent· Sed Amalaſſuntha neq; gothorum inſidias hor
ruit: nec more fœmineo deterrita barbaris ceſſit: quin potius digni
tatẽ in ſedulo pre ſe regiam ferens: tres quidem ut facundiſſimos: ita &
ſeditioſiſſimos uiros: in ultimos quoſdam Italiæ fines: per cauſam eius
regionis tuendę: protinus relegauit: abireq; in eas partes mox iuſſit: nõ
uno eodemq; loco: ſed longiſſimo ab inuicem interuallo manſuros: Sed
hi quidẽ ad ea loca tuẽda & ſi diſſimulãter iuſſi ueniſſẽt: amicoꝝ tamẽ — Amalaſſuntha
& propinquoꝝ opa uſi: ultro citroq; curſantiũ emetiẽtiũq; longiꝰ iter: — Inſidiiſq; potit a
in unũ cõueniebãt: & cõſilia aduerſus Amalaſſuntham inibant: quos cũ — gothis
diutius ferre illa nõ poſſet: hæc animo ut faceret agitauit Byzãtium e

ſuis fidũ ad Imperatorẽ nunciũ miſit rogatũ: utrum Theoderici Ama
laſſunthę liceret ipſius pmiſſu ad ſe uenire: Velle ſe nanq; aiebat ex Ita
lia quã primũ abſcedere: Quo nuncio imꝑator exhilaratus: fęminã iuſ
ſit ad ſe cũ uellet cõcedere. Domũ deinde Epidãni ampliſſimã q prepa
rarẽt mox miſit. Vt ubi eo Amalaſſuntha ſe cõtuliſſet: & ꝑ eiꝰ arbitrio
morã ibidẽ aliquãdiu traxiſſet: byzantiũ demũ deueheret. Cuius rei
cũ eſſet Amalaſſuntha certior facta: uiros delegit & gothos: impigros
quoſdã: & ſibi amicitia cõiunctiſſimos: ac ternos illos quoꝝ paulo ante
meminimꝰ: ſibi inſidias moliẽtes: ut interficerẽt miſit: ipſa uero cũ cæ
teris nõ parui ꝑtii rebus: aureis milibus quadraginta in nauẽ impoſi
tis: & ſuis qbuſdã fidiſſimis in ea ſimul inuectis: Epidãnuȝ quidẽ ut na
uigarẽt iniũxit: In portuq; tãdiu ut pmanerẽt: nec/e/nauigio ipo qcq̃

Amalaſſunthe Conſiliũ in interficiendos primoribus gothoruȝ

efferrẽt: quoadusq; pnũtios qd actũ i eſſent: ſignificaſſet: Quod utiq;
iccirco agebat: ut ſi tres illos interfectos fuiſſe reſciſceret: ſuo ut ipſa in
loco maneret: & ex Epidãno nauẽ ad ſe reuocaret. Sin minus ex uoto ſi
bi id factũ procederet: & eorũ ſupſtitẽ eſſe aliquẽ forte cõtingeret: unde
nil bonæ quippiã ſpei reliquũ foret: cõfeſtim omiſſa Italia alio nauiga

Primores gothorũ tres necati.

ret: & Imꝑatoris in terras ſe cũ pecuniis & in tutũ recipe: Sed Amalaſſũ
tha interea triũ illoꝝ cede renũtiata quos occidẽdos mãdauerat: & pro

Theodatus

uotis ſuccedẽtibus rebus: nauẽ ex Epidãno protinus ad ſe reuocauit: &
principatu ualidius obfirmato: Rauẽnæ pmãſit. Erat aũt Theodatus
noie qdam Theoderici ex ſorore Amalafrede nepos: ad multũ ætatis ꝑ
uectus: latinaꝝ lr̃arum platonicorũq; dogmatuȝ ſatis pitus: rei tamen
bellicæ prſus ignarus: longoq; interuallo cum ab induſtrio & ſtrenuo
quouis abeſſet: accumulãdis pecuniis enixiꝰ incumbebat: Is itaq; mul
toꝝ locoꝝ poſſeſſione iã cõſecutus: his ꝑcipue rebus intẽderat animũ:
ut poſſeſſoribꝰ quę reliqua eſſent ſubtraheret: ut cui in pnicię cõcedere
uideret: ſuis ut ꝑdiis uicinũ quẽq̃ hr̃et: hãc ſibi praui animi ſupprime
re promptitudinẽ Amalaſſuntha occepat: eaq; decã infenſior illi The
odatꝰ erat: rẽq; moleſte ferebat: Vnde huic aio inerat Iuſtiniano tuſcrã
ꝓdere: cuiꝰ rei ob grãm ubi primũ uim magnã pecuniaꝝ & cõſularẽ di
gnitatẽ ab eo i premiũ retuliſſet: byzãtii mẽs erat de cætero cõmorari:
hęc Theodato aĩo uolutãte: ex Byzãtio ad Romanũ Antiſtitẽ legati ue
nerũt: xp̃ianoꝝ altercatiõis ſedãdę de cã: ſentiẽtiũ uaria: & inter ſe diſce
pãtiũ. Sed quales nã iſtoꝝ cõtrouerſiæ ſint: & ſi minus ignorem: haud
quaq̃ tamen in ꝑſenti meminerim: nimiũq; furẽtis eſſe ueſaniæ ducam:

dei uelle qualis nã ſit: pueſtigare naturã: hominẽ nãq3 mortalẽ ne hu- Diſcordia romę
mana hæc qdem ad ueꝝ poſſe cõprehendere: tãtũ nedũ ad diuinę natu inter xp̃ianos·
rę puenire cognitionẽ ſat queat. Sed p me iſta ſine diſcrimine pterẽant:
quæ ſola credulitate uenerant mortales: ipſe uero de deo fateri nil ali-
ud hoc tpe auſim: niſi quod bonus omnino & rector ſit: & uniuerſa in
ſua iis habeat poteſtate. Theodatus igr̃ clam legatis cõuẽtis: Iuſtiniano
eius ut mandata deferrẽt iniũxit: quæ ſibi ai o iperãt: oibus explicatis.
Atalaricus interea cũ laſciuiæ ac temulẽtiæ ſe penitus addicaſſet: mor-
bo corripit: Unde Amalaſſuntha mater ut animi dubia & curis urenti-
bus ãxia: nec filii ſatis prudẽtiæ fidẽs: in tantã morũ abſurditatẽ reda-
cti: & plane deſperans gothoꝝ primoribus ſe impugnãtibus: poſt Ata-
larici filii mortẽ in tuto uitã ſibi poſteꝝ fore: Suę ſalutis gr̃a animo
deſtinat Imperatori Iuſtiniano tã gothorum q̃ Italoꝝ regno cõcedere.
Alexãder tunc forte cũ Demetrio cõſulari ad ſe ex byzãtio uenerat: quo-
rũ aduẽtus hec cauſa fuit: Acceperat Iuſtinianus ad epidamni portũ na-
uẽ Amalaſſuntha miſiſſe: ipſam uero adhuc trahere Rauẽnę moras: un-
de & cãm noſſe p cupidus: ex byzãtio Alexãdrũ legauit: ut oibus explo-
ratis: queãdmodũ apud Amalaſſunthã res ſe haberẽt: renũciaret: alias
tamẽ ſub oratoris ptextu iniurias queſtũ ueniret: ſuis p gothos lilybei Amalaſſuntha
illatas: utinoſq3 repetitũ: ex eius exercitu decẽ & trãſſugas: q in cãpani clam agit cũ Im
am ſuę ut ditionis ex fuga ſe recepiſſent: & Uliares qdam Neapoli cu- peratore de Ita-
ſtos appoſitus: nõ in uita Amalaſſuntha hos ſuſcepiſſet. Gothiq3 item q lia reſtituẽda·
Gepedas circa Sirmiũ oppugnarẽt: gratiana urbe: illiriorum in fini-
bus ſita: pe rinde hoſtili ſint uſi. Alexãder itaq3 cũ Romã ueniſſet: Ra-
uẽnam profectus: Amalaſſunthæ qdem ſeorſum & ſine arbitris: Impe-
ratoris mandata exponit: litteras uero ſpectãtibus uniuerſis: illi in ma-
nus tradit: in id ſententiæ ſcriptas. Lilybeum: quod utiq3 noſtrum erat Aſtus ad decipi
preſidiũ in capeum ui tenes: barbaroſq3 & noſtros milites tranſſugas endos populos·
partis ſuſceptos: nec reſtituere quidem adhuc ſtatuiſti: Gratianã uero
noſtre ditionis & imperii urbem inſanabili iactura: cum nihil ad te at-
tineret: ſumma cum iniuria affeciſti: tempus iã adeſt ut quandoq3 tã-
dem aduertas: quem nam euentũ ſint hæc habitura: his lr̃is Amalaſſun-
tha plectis: ita reſpondit. Imperatorẽ q & magnitudinẽ preſtet: uirtu-
tiſq3 & æquitatis nõ paruã habet rõnẽ: puero qdẽ cui ad orbitatẽ accedat:
ut nũc minime ſentiat in ſe quæ gerant: ut pſidio ſit longe magis decere
q̃ ut hoſtẽ ſe prebeat: qui enim certamen non altero aduerſante inierit:

haud quaq̄ decentem uictoriam referet· Ipſe uero ab Atalarico lilybeū
ſrequētius repetis:& tranſfugas decem: ac militū nr̄orū in hoſtes eunti
um: in Ciuitatē amicam delictū deniq̨ quęreris ignorantia factū: Sed
non ita te gеſſeris uelim o Imp̄ator: quin potius ut memoria repetas:
cū aduerſus Vandalos ductares exercitū: nec minima quidē tibi in par
te nos obſtitiſſe: ſed in hoſtes tranſire libere p̄miſiſſe: & noſtris prebuiſ
ſe in locis neceſſaria exercituſ coemendi: mira cū animi promptitudine
facultatē: equo℞q̨ ingenti multitudinē cōparandi: quorum uirtute ac
robore: parta uobis p̄cipue uictoria eſt· Socius preterea & amicus non
is modo iure uocabitur: qui cum finitimis ad bellum gerendū fœdera
iunxerit· ſed uel is quidē qui bello ſit neceſſaria uiſus ſum miniſtraſſe·
Animo inſuper id agites uelim: claſſem ex alto tuā: non alium quo tuto
diuerteret locū fuiſſe preter Siciliā nactā: nec ſine coemptis ea ī inſula
cōmeatibus ire in lybiā potuiſſe· Quo ſit ut uictorię caput a nobis pro
dierit: qui enim inopē inopia ſoluerit: per ſane fuerit: eius rei mercedē
ut referat· Quid enim maiori eſſe uoluptati mortalibus poteſt: q̄ hoſtē
armis p̄uincere: nobis itaq̨ deceſſiſſe non mediocria uidebuntur: ſi pro
belli iure non in partē aliquā hoſtiū exuuiis patiamur· Nunc uero li
lybeū ditionis iampridē gothorū: dignū ducis nobis ſubtrahere: Petrā
preterea oppidū: quouis pretio dignā: nō iniquū fuiſſet Atalarico tibi
in neceſſariis ad modū opitulanti accepti inuicē abſe beneficii ſi haben
daꝫ ante hac p̄miſiſſes: uel ſi tuę hęc poteſtatis fuiſſet· Iſtiuſmodi Ama
laſſuntha & pro palā Imperatori reſcripſit· Clam uero Italiā omnē ei⁹
in manus ſe traditurā facet· Oratores itaq̨ cū byzātiū reuertiſſent: ex
ordine Imp̄atori cuncta renūtiant: Alexander quidē quid animi Ama
laſſuntha haberet: Demetrius uero que a Theodato acceperat: & quē
admodum potentiſſimus is in Tuſcia eſſet: his nunciis Imperator gau
dio ingenti affectus: Petrum quendam natione illyricum: ex Theſalo

Rhetor mittit a Iuſtiniano ad Italiam recuperandam·

nica ī Italiā cōfeſtim tranſmiſit· Is tunc Byzātii ex rhetorū numero elegā
tiſſimus erat: & mirifice ſuapte natura ad p̄ſuadēdū idoneus· Dum hęc
interea agerent: Tuſcorū uis ingēs Amalaſſunthā cōuenit· Theodatū
rapacitatis & auaritię inſimulātiū: quē Amalaſſuntha ad ſe caſtigandi
gr̄a euocatū: & ab accuſatoribꝰ ap̄te conuictū: quę p̄ iniuriam ſingulis ad
emiſſet: ut reſtitueret ſtatim coegit· Vnde Theodatꝰ Amalaſſūthe acri

Atalaricus Rex moritur·

us ſubiraſci: & īſenſior eſſe: ac ſemp̄ decetero aduerſari: ut q̄ acerbius ob
auaritiā angeret: q̄d ne peccare licētius poſſet: nec ceteros uiolare· Ata

laricus interea morbo aſſumptus emorit᷑:cū in Impio octenos iā annos
uixiſſet:Amalaſſūtha uero:& ſi id ſibi i malū eſſet aut dubię cōceſſuꝝ:
qđ nullius mōmēti ante hac Theodatū feciſſet:nec ea qdem qbus nuper
hūc affeciſſet:magni iā faceret:nihil ſe tamen ab eo ingratū paſſurā ſu-
ſpicabat᷑:Si qđ modo tunc maius in hominē beneficiū cōtuliſſet·Theo-
datū ad ſe itaq; uocat:uenientēq; blādiēdo ſic orſa affat᷑· Ait q; iā pridē
ſibi filiū uiſum:breuis æui futuꝝ:idq; a medicis rē ꝓbe callētib9 ſe accē
piſſe:tā & ſi de ſe plane intelligat Amalarici corpus indies magis ac ma
gis tabeſcere:Nūc uero cū de ſe Theodato:ut gotthos:ita & Italos uidę
at nō recte ſentire:in quo & ſolo theoderici gen9 reſtaret:hac iſamię no
ta purgare illū ſe ſtuduiſſe:ut ad Imperiū euocato:nihil id ſibi i poſte-
rū interpellaret:ſimul & ꝑ ęqtate tuēda:ſe hūc caſtigaſſe:ne de cetero eſ
ſent:quia Theodato acceptā iniuriā qſti ſe circūſiſterēt:uel neminē hr̄e
ſe dicerēt principē:cui occurſurā ſibi indies referrēt:uel forte ꝓ rege ſe
hoſtē fuiſſe:cui ui pareāt īnctos:Quocirca ſi priorib9 uiciis repurget᷑
& deſinat ipſe aliena quādoq; tandē ſurripe:ad ſuſcipiēdū Imperiū ſe
hūc hortaturā iuuaturāq; affirmare:dūmodo pri9 grauiſſimo ſe is iu
ramēto obſtrinxerit:regis dūtaxat nomē ut ferat:ipa uero ut ante hac:
re qdē Imperiū habeat·His Theodatus oībus auditis: quæcūq; Ama
laſſunthe animo eſſent:fraudulēter ꝑ ſancta iurans:facturuꝫ ſe oīno fa
tetur:cū alias memoriæ altius inſediſſet:quibus ſe illa ante hac affeciſ-
ſet:ut ipſe rebat᷑ iniuriis:hoc pacto Amalaſſuntha propria partim ſen-
tentia:partim Theodati Iuramento eluſa:hunc in regē conſtituit·De-
inde ad Iuſtinianū gothos uiros legauit:qui geſta per ſe omnia nuntia
rent·Theodatus igr̄ ſuſcepto imperio:aliter longe ac illa ſperabat:& ip
ſe pollicitus eſſet:ſe habuit:Quippe qui Gotthoruꝫ quo Amalaſſuntha
occiderat:propinquis reductis:& pleriſque primorib9 uiris qui eam
propinquitate cōtingerēt:mox interfectis:Amalaſſuntham in carcerē
trudit·cū huius nondū oratores byzantiū perueniſſent·Eſt lac9 in Tu-
ſcia Bulſinus dictus intus inſula una exiſtit·& hęc qdē breuiſſima: ꝓſi-
dium habens ſatis munitū:in eo Theodatus Amalaſſuntham incluſam
iuſſerat aſſeruari·Veritus deinde:ut poſtmodū accidit:ne ea ex re Im
patorē offenderet:liberiuꝫ opilionemq; Romanos & Senatorios uiros·
cum aliis tribus Byzantiū miſit:apud Impatorē enixe id factū depreca
turos:cōfirmaturoſq;:nihil ex ſe moleſtū Amalaſſūthę ad huc accidiſſe
eam & ſi indecentia quedā & grauia in ſe cōmiſiſſet:& in hanc illi ſenten-

Amalaſſuntha cogitat Theodato Regnum deferre·

Theodatus rex eligitur

Amalaſſunta capitur a Theodato·

Bulſinus lacus·

tiam litteras ſcripſit. Amalaſſunthã qꝫ ut eadẽ ſcriberet uel nolentẽ coe
git. Dum hæc interea ſe ita haberẽt. Petro qui in Italiã mittebatur per
Iuſtinianũ imprimis iniunctũ id fuerat Theudatum ſeorſum & ſolum
ut cõueniret. cõuetũqꝫ iureiurãdo adigeret: traditã ut fideꝫ ſeruaret:
nec infidũ quippiã ſiue incertius redderet: quod inter ſe gereretur &
hunc in modũ de rebus Tuſciæ obfirmarentur cõuenta: deinde & Ama
laſſunthã adiret. cũ eaqꝫ de Italia pactiones clam ita cõficeret: ut neu-
tri in detrimentũ cõcederẽt. Aperte tamen de lilybeo & aliis quorum
pauloante meminimus: legatione is fungeret: nondũ enim de Atalari-
ci morte deqꝫ Theudati impio: & his quæ Amalaſſunthæ iam accidiſ-
ſent aliquid Imperator acceperat. Petrus uero in ipſo itinere Amalaſ-
ſunthæ Oratores imprimis obuios habuit: & cũ his collocutus: Theu-
datũ perdidicit Italiæ regno potiri: paulo deinde poſt: cũ Apolloniã ꝑ
ueniſſet: quæ in ſinu Ionico poſita eſt: Liberii & Polionis comites forte
offendit: ab hiſqꝫ omnia quæ in Italia accidiſſent: cognouit: quibus Im
peratori ꝑ nuncios ſtatim ſignificatis: eodem ipſe in loco nec ultra pro
greſſus conſedit. Iuſtinianꝰ uero cũ hec accepiſſet: quẽadmodũ gothos
ſimul & Theudatũ turbaret: animo agitabat: Amalaſſunthę deinde lit
teras ſcribit: quibus ſignificabat & hortabat ſibi quoad liceret: quã ce-
lerrime alio ſe traſſerre curaret: Petro deinde eiꝰ legato ꝑ lr̃as enixe in
iungit: quominus quæ geſta per hos eſſent occuleret. Theudato ipſi &
gothis inſuꝑ uniuerſis apertiora hæc omnia faceret: & infaciem expro-
brobraret: Ex Italia itaqꝫ oratores byzantium tandẽ reuerſi: quæ in ea
geſta fuiſſent ad uerũ omnia explicarunt: & imprimis liberius: uir ſa-
ne bonus rectuſqꝫ ac ueritati ſupra cæteros ſtudens. Solus Polion iden
tidẽ affirmare nihil omnino in Amalaſunthã Theudatum deliquiſſe.
Sed Petro in Italiã ueniẽte ex humanis Amalaſſuncha exceſſerat. Go-
thorũ nãqꝫ quos hęc occidiſſet ꝓpinq: Theodato ipſi aſſeuerãdo ꝑſua-
ſerũt: nec illi q̄deꝫ nec ſibi uitã in tuto fore: niſi quã ꝓcul hæc mulier &
cõfeſtim ſullata e medio abigaꝫ: ꝑmittẽte itaqꝫ hi Theodato: ad inſulã
Amalaſuntha occiditur.
ueniẽtes Amalaſſunthã obtruncãt: quę res ut Italos præ cęteris oĩbus:
ita & gothos fere uniuerſos merore affecit: Erat n. mirũ hęc ſoe mina: ut
ſupra iã diximꝰ: q̄buſuis humanis uirtutibꝰ ꝑtinaciſſimę dedita Petrꝰ
uero Theodato p̄ſente: & aſtãtibꝰ gothis: deũ & hoĩes ſimul ob teſtabaꝫ
eos fore oĩno ob patratũ id ſcelus: nullo cũ imꝑatore poſt hac ſedere uin
ctos; ſed cũ eo potiꝰ eẽ his cõfligẽdũ: Theodatꝰ uero & ꝓrſus iprudẽs

Amalaſſunthe interfectores in honore cultuqꝫ habere:illiſqꝫ bene uelle
Petro tamen & Impatori perſuadere:haud quaq̄ ſe approbante:ſed in-
uito q̄ maxime:per gothos fuiſſe id ſcelus admiſſum: Vnde Imperator
ubi iam didiciſſe quemadmodū cū Amalaſſuntha actū fuiſſet:cōfeſtim
ſe ad bellū parabat annos nouenos potitus Imperio· Mundū itaqꝫ illy-
riorū prefectū in delmatiā miſit:gothis tunc ſubditā: iuſſitqꝫ Salonas
urbē ut ꝑtentaret & in poteſtatē redigeret·hic uero & ſi barbarus gene
re:maximū tamen in modū imperatoris rebus ſtudebat:& bello preua
lidus erat:Beliſariū deinde cum claſſe dimiſit:qui aduerſus Gelimarū
ac uandalos pauloante rem egregie geſſerat·Militū is tria milia ſocio-
rum habebat:quibus delecti preerāt duces:ad hęc haſtatos ſcutatoſqꝫ
nō paruo numero & belli peritos:hunc Impator cōmonefecerat ſe char
taginez mitti prediceret:Sed alioquin ubi in Siciliā ꝑueniſſet:in eam
ſtatim per cauſam cōmeatus & neceſſaria cōparandi deſcenderūt:& in-
ſulam ita tentaret:ut ſi factu facile foret in poteſtatem redactam tene-
ret:nec prorſus dimitteret ſemel recuperatā:Quod ſiquid fortem rem
impediret aut obſiſteret:quo minꝰ id peragi poſſet:e ueſtigio in Lybiā
nauigaret:quid ſibi uellet preſentiendi:prebita nulli occaſiōe: litteras
deinde ad francos Iuſtinianus in hanc ſentētiam miſit· Noſtræ ditiōis
Italiam per uim gothi cęperunt:nec ſolum reſtituere hanc nobis haud
quaq̄ decernūt:ſed iniuria in ſupnos affecere:nec toleranda qdem nec
mediocri·Quocirca exercitus aduerſus hos mittere cogimur:uos uero
par fuerit nobis hoc bello ut auxilio ſitis:quod utiqꝫ utriſqꝫ noſtrum
cōmune:rectior illa ac uera de deo opinio facit in gothoſqꝫ odium ut
Arrianorū errores reicientibus deteſtādos:his lr̄is Impator perſcrip-
tis:& francoꝝ principibus magna pecunia condonatis:maiorem ſe pol
liceẽ daturū:ubi bellādo rem geſſerint:Franci uero hoc pacto illecti:
bellū ſe promptius geſturos promittūt·Mundus interea & eius copiæ
omnes ubi eſt in delmatiā uentū cū gothis ea e regione obuiam prode-
untibus manus cōſeruere·& hoſtibus prælio uictis:Salonas:mox occu
pant·Beliſarius uero in Siciliā nauigans Cataniā capit· Vnde impetu
facto Syracuſas qdem deditione imprimis:& ciuitates deinceps alias
nullo negocio ī poteſtatē redegit·Panormi tamē mœniū fiducia gothi
ſe tuebanẽ:erat nimiꝝ munitiſſimꝰ locꝰ:nec illis qdē mēs erat Beliſario
quoq̄ pacto cōcedere:qn potiꝰ ut exercitū inde ad duceret impabāt Be
liſariꝰ itaqꝫ cōtinētis regiōe animaduertēs capi hūc locū minime poſſe:

Bellū cōtra Gothos Iuſtinianū parat·

Mundus prefectus: in delmatiam·

Beliſarius in Siciliā mittitur·

Iuſtin· Francos precio armat in gothos·

Salone a Mūdo capiuntur

Beliſariꝰ Sicilia potitur·

claſſem intra portum ſuis cōfeſtim ut agerent iuſſit: ac mirum ad mare

Panormū qua facilitatim captum.

ſitum ſubirem: qui forte tunc erat defenſoribus uacuus: Iactis itaqꝫ in
portu mox ancoris: & nauibus in tuto firmatis: quarum mali urbis ꝓ
pugnacula ſuperabant: extemplo lembos ſagittariis complent: ſubla-
toſqꝫ ad mali ſuſpendunt faſtigium: Vnde exeminēte hoſtes ſagittis un
diqꝫ icti: in ſegnemqꝫ & imbellem formidinē acti ſine mora Panormū
Beliſario dedūt: Vnde factū ut eo extēpore ad id uſqꝫ ætatis Siciliam

Beliſarii Conſulatꝰ & largitio.

Imperator obedientem & tributariam habeat. Cum Beliſario itaqꝫ ac-
tum: q̄ dici queat: longe felicius: quippe qui uandalis recens deuictis:
conſulatus dignitate accepta: cū eo adhuc munere fungeret. Sicilia in-
ſuper impoteſtatem redacta: poſtrema cōſulatus die Syracuſas ingreſ
ſus: & eius exercitu Siculorū plauſu ingenti excepto: aureoꝝ numiſma
tum uim magnam: circumfuſam iactauit inturbā nec ſane id ex indu-
ſtria factū: ſed forte quadā beliſſario homini contigit qui uniuerſam
ſicilię inſulam Romanis recuperaſſet: ea ut die Syracuſas inueheretur:
qua & ei conſulatus finiretur. Suſceptum antea munus. Petrus interea
in Italiam delegatus de his omnibus certior factus inſtare tunc acrius
& Theodatum terrere haud quaq̄ intermittebat. Tum ille timore per
culſus & attonito ſimilis: haud ſecus uoce ammiſſa ac bello captus fuiſ-
ſet amotis arbitris cum Petro in colloquium uenit: & inter hos demum
cōuentum: Imperatori Theodatus uniuerſa Sicilia cederet: illiqꝫ aure
am in annos ſingulos trecentarū libraꝝ coronā ut mitteret: e/ gotthiſqꝫ

Conditiones pacis inter Theodatū & Iuſtinianum.

item uiroꝝ ad tria milia pro eius ut traderet arbitratu. Theodato ue-
ro ut minime liceat ſiue ſacri ſiue Senatorii ordinis ſine Imperatoris ꝑ
miſſu quēnq̄ occidere: uel eius bona in publicum proſcripta redigere:
& ſi quem forte ex ſubditis ad patritiam uelit ſiue aliam hic dignitatē
prouehere: ab Imperatore hanc dari depoſcat. quin etiā Romanus ut
populus pro eius conſuetudine in acclamationibus ac plauſu ipſo: im-
peratoris imprimis nomen pronunciet: Theodati deinceps: ſiue in the
atris ſiue in triuiis: ſiue alibi ut cunqꝫ id fieri contigerit. Statua prete-
rea ſiue ænea: ſiue alia quauis materia ſtructa: nunq̄ ſoli Theodato ſed
utriſqꝫ ſemper ponatur: Imperatoris ad dextram. Theodati ad leuā:
his quidem: & ſcriptis cum pactionibus Petrum legatū Theodatus by-
zantium ad Imperatorem remiſit: quo inde demiſſo: hominem ſtatim
trepidatio cœpit. & in uarias quaſdam formidines egit: eiuſqꝫ mentem
uarie uolutabat: uel ſolo belli nomine territando: ne forte ſi Imperato-

ri haud quaq̄ placerent: quæ inter ſe fuiſſent & Petrum conuenta bella eſſent mox occurſura: unde abeuntem Petrum: & in Albanos profectum ad ſe reuocatum perinde alia quedam ſecum acturus: ſeorſum rogabat: nun pactiones inter ſe factas uoluptati fore Imperatori exiſtimaret? quo affirmanti ita ſe ſuſpicari: reſpondit: Sin uero minus oblectent: quid deinde agendum? At Petrus belligerandum tibi proculdubio erit o/Strenue. Tum Theudatus: Nun æquum id fuerit? Cur non id æquum futurum ſit inquit? ut ſtudia animo cuiqꝫ inſita obſeruentur & artes? Quid enim ſibi uult illud o Theudate: ut ipſe ſtudii plurimum Philoſophię impendas: Iuſtinianus uero Romanorum Imperator: animi magnitudini ſtudeat: ſtrenueqꝫ ut omnia peragat: in eo tamen differat plurimum: quod qui Philoſophię operam det: mortem afferre hominibus: & his quidem tam multis: haud quaq̄ ſat deceat: & ex Platonicis precipue diſciplinis: quarum te ſcilicet participem factū: quauis cede uacare: profecto nil ſanctius ſit: Sed illum priſtino ac ſuo Imperio loca ſedulo addere: atqꝫ identidem uendicare nil prorſus dedeceat. Hac Theudatus tam callida ſuggeſtione facile perſuaſus: ceſſurum ſe Iuſtiniano Imperatori principatum fatetur: in idqꝫ ipſe in primis & eius deinceps uxor iurauit: Petrumqꝫ adegerunt: ut iureiurando polliceretur: non ſe prius id editurum in uulgus q̄ Imperatorem cognouerit priores illas non admiſſurum conuentiones: Vnde & Ruſticum ſacerdotem e numero quempiam Romanum uirum & perydoneum ad eam rem confirmandam Byzantium cum Petro tranſmittit: Huic ad Imperatorem & litteras dedit: Petrus itaqꝫ ſimul & Ruſticus: cum Byzantium perueniſſent: Priorem Imperatori Theudati aperiunt uoluntatem: qua prorſus per Iuſtinianum repudiata: quæ poſtremo perſcribebantur: oſtendunt. Litteræ uero in hanc erant conſcriptæ ſententiam. Non equidem ipſe ad id regnum culmen ut aduentitius & peregrinus perueni: quippe qui ex auunculo Rege ſim genus ſortitus: & pro eius nutritus hic dignitate: bellorum uero ac bellicæ turbulentiæ ſum equidē non omnino peritus. Cum. n. in audiendis litterarꝫ optimis diſciplinis exercitus ſim. & in eas ſtudiū meū oē cōtulerim. Cōtigit ſane ut a belli

Theudati imbellis anim9.

Ruſticus ſacerdos Romanus.

Litterę Theudati ad Iuſtinianū de ſe regno abdicando.

cis hiſce perturbationibus q̄ longe ſemotus: ad id demum ut uenerim
ut haud quaq̄ dicere me ducam: pro terreſtris Imperii: & bonorum
preſentiũ cupiditate: uitam ut in diſcrimine agam: ſed ab his potius ut
procul abſim: nimirũ cui neutrũ ſit uoluptati: tũ quia alterũ ſatietate
metimur: nam & ſuauitudinũ oim ſatietas eſt: tũ quia inſolentia ipa de
ſuetudoq̃ in anxietates plerũq; & turbas inducũt. Ipſe igit ſi mõ mihi
predia ſint: quæ aureos ducẽtos & mille quotãnis ferant: parui eq̃dem
ſim regnũ facturus: tibiq; ſtatim gotthoꝝ & Italoꝝ pmiſſurus imperi
um: ut qui longe malim terræ cultor ſine negocio eſſe: q̄ in Imperato-
riis curis uitam hanc ducere: uiciſſim in pericula tranſmittẽtibus. Re-
mittes ergo & q̄ celerrime hunc ad nos uirum: cui: cum Italiam ipſam:
tum & res cæteras tuo ſim nomine traditurus. His litteris Imperator

Iuſtiniani reſpõſio.

acceptis: gaudio ingenti affectus: ita reſpondit. Sapientem te eſſe ante
hac auditu & fama perceperam: nunc uero experientia doctus intelli-
go: quando quidem animo deſtinaueris tuo: belli euentum non operi-
ri: quod utiq; pleriq; per peſſi: eluſi demum in rebus maximis ſunt: &
te quidem haud quaq̄ decætero penitebit: ex hoſtibus nos tibi amicos
feciſſe: a nobis uero que poſtulas impetrabis: & ad hec quidem accedet
quod honoris cauſa: Romanorum omnium primus deſcribi in poſte-
rum poteris. Nunc itaq; Athanaſium Petrumq; miſimus: ut confeſ-
ſione inter utroſq; noſtrum res confirmentur. Venturus & ſtatim eſt
ad te Belliſarius: omnibus inter nos rebus conuentis finem interpoſitu
rus: His Imperator ita conſcriptis: Alexandri geri manũ qui antea ſue
rat: ut diximus: ad Atalaricũ delegatus: & Petrũ rhetorem: ad Theu-
datum oratores demiſit iuſſos quidẽ poſſeſſiones imperatorię domus:
quam patrimonium dicunt: Theudato mox tradere. Litteris deinde
confectis: & pactionibus iuramento firmatis: ex Sicilia Beliſſarium ad
ſe reuocauit: illiq; cuſtodiendam tuendamq; commendauit Italiam:
& eiuſq; fidei quæ reſtituta iam eſſent commiſit. Dum interea Impera

Bellum in Dalmatia cõtra Mũdum.

tor hęc peragit: & in Italiã oratores mittuntur Gothi Aſinario Grip
paq; ducibus magnoq; cum exercitu ſe in Dalmatiam conferunt: qui-
bus Salonas q̄ proxime uenientibus. Mauritius Mundi filius: non

Mauritius Mũdi filius.

ut acie decertaturus: Sed explorandi gratia cum paululum pre-
ceſſiſſet: cum paucis quibuſdam ex inſperato occurrit: tum pu-

gna nauiter facta: Gothorum primores & fortiſſimi quiq; ceduntur· Romani omnes fere cum Mauritio duce deſiderati: quorum ſtrage Mundus pater accepta: dolore ingenti affectus: & Ira ſimul incenſus: in compoſitis copiis: in hoſtes ſtatim procedit: & celeriter inito certamine: Romanis uictoriam retulit: eo namq; in prœlio: hoſtium pars maxima cecidit: & fuga ab his aperte mox facta quos fugientes Mundus temere inſectatus: continenter q; in terga cedens: cum animū ipſum & furibundum continere præ filii iactura nil poſſet/a milite quodam & fugiente percuſſus mox cadit· in eoq; gothos in fugam precipites actos perſequendi finis deniq; factus: & ſolutis ordinibus utrinq; diſceſſum: Romanis deinde Sybillina carmina recordantibus: uetuſtis temporibus decantata miraculi loco res fuit: Erat autem in hanc Sybillæ Sententiam uerſus· Cum enim Africa detinebitur: Mundus ſuo cum ſemine interibit: Deinde eodem in uaticinio ſubdens hunc in modum ipſum id & explicatius aperit: Cum enim Romanorum in poteſtatem lybia uenerit: Mundus cum filio cadet: hæc itaq; cum ita ſe habuiſſent· Salonas tamen ingreſſus eſt nemo: Romanis domum iam abeuntib⁹: ut ſine duce relictis: & gothis ammiſſo exercitus robore: in proxima trepidanter preſidia dilabentibus: non enim hi Salonicis mœnibus confidebant: Romanis preſertim hanc incolentibus urbem: nulla ſe beniuolentia proſequentibus: Theodatus interea auditis quæ ſalonis geſta fuiſſent: qui ad ſe uenerant ex byzantio oratores nullius momenti iam facere: ut qui ſuapte natura propenſior ad perfidiam eſſet: & animi plane in conſtans: quippe quem preſens fortuna temere ſemper ac præter decoris & officii dignitatem: in nimiam trepidationem impelleret: uel/e/contra inaudaciam ineffabilem quandā: Morte itaq; Mundi & Mauritii deinceps accepta: maximum in modum elatus: nulla rerū iam conuentarum habita ratione: Oratores ſe adeuntes eludere haud quaq̄ duxit indignum: Vnde Petro ſibi ac ſepe iurgante: perinde apertius excedenti promiſſa & rraditam Imperatori fallenti fidem: his uerbis occepit Oratores ipſos ad ſe euocatos affari· Magna quædam & inclita oratorum dignitas eſt: & apud omnes mortales: alioquin honorabilis: Sed tandiu id in ſe muneris retinent: quo ad ipſi ſuæ legationis officium ſeruent: Nam hominem occidere qui legatio-

Pugna·

Sybillinū carmen·

Theodatus eludit Oratores Iuſtiniani·

ne fungatur : tunc quidem & iure pro humanis legibus licet: cum re-
gem uidebitur contumelia affeciſſe: uel ſi cum muliere cubuerit: alteri
cuiquam nupta: iſtiuſmodi Theodatus in Petrum oratorem iacta-
uit: non quia cum aliena is fœmina rem habuiſſet: ſed ut criminationes
confirmarētur: quibus iure agi id uideretur: quod legatos ad ſe & prin
cipum oratores necaret: huic dicendi facienti iam finem: ita oratores re
ſpondent: Haud quaq̃ Gothorum princeps res ita ſe habet: ac ipſe diſſe
ruiſti: nec tibi ſub eiuſmodi nil ſani habentibus uel amentis: quoq̃ pacto
ſuadeas: aduerſus homines oratores agere ut impie queas: qui enim hoc
munere fungitur: nec uolens quidem męchari ſat poteſt: nimirum cui
ne aquā quidem guſtare ſine cuſtodibus non id permittentibus facile
ſit. Orator uero qualiacunqꝫ a principe ſe delegante acceperit: profert.
quæ ſi minus proba uel rectiora uidentur: non ipſe propterea iure eſt
incuſandus: ſed qui miſerit forte culpandus: Oratoris quippe officium
eſt: ſuum cum fide miniſterium exequi: Nos itaqꝫ explicaturi omnia
ſumus quæ ab Imperatore accepimus huc ad te miſſi: Tuum igitur fue
rit: benigne ut audias quę per nos referuntur: nam obturbato tibi id re
linquetur: ut legatos homines uioles. Curandum tibi itaqꝫ potius erit:
uolens ut peragas: quæcunqꝫ ante hac ſis Imperatori te facturum polli
citus: nam & ipſi huius rei huc gratia uenimus: Epiſtolam quam is ad
te miſit iam habes: litteras uero gothorum optimatibus deſtinatas: ip-
ſis dūtaxat endituri nos ſumus: his dictis barbarorum principes ipſis
Theodato eas tradi iuſſerunt: in hanc ſententiam ſcriptas. Curæ nobis
id maxime fuit: in noſtram uos politiam ac mores traducere: quaꝫ rem
uobis uoluptati fore par eſt: non enim de ueſtro ut quicq̃ imminuatur:
ſed ueſtra potius augeatur ut dignitas: ad nos uenietis: proinde non ad
peregrinos & incognitos ritus uos gothos eximus: ſed quibus diu in
ſueuiſtis: & ſi ad breue contingit uos abfuiſſe. Quamobrem Athanaſius
& Petrus ad uos miſſi nunc ueniunt: quibuſuis in rebus opem laturi:
his Theodatus demum perlectis: re quidem nil exequi quæ Imperato-
ri antea promiſiſſet: Oratoreſqꝫ ipſos non ſub mediocri cuſtodia de-
tentos ſeruare. Iuſtinianus interea ubi tandem quæ in Dalmacia con
tigiſſent: cognouit. Conſtantianum ſui regii ſtabuli magiſtrum in il-
lyrios miſit: iuſſum ut inde contracto exercitu Salonas: ut cumqꝫ

Conſtantianus Re Magr̃ Stabuli in Dalmatiam.

poſſet:temptatum:abiret. Beliſſarium deinde quam celerrime petere
Italiam iuſſit:& Gothis pro hoſtibus uti:Conſtantianus Epidamnum
profectus:ibiq; aliquamdiu moratus:copias cogit. Interea gothi Grip
pa duce:ubi ſe in Dalmaciam contulere. Salonas mox obtinent:Conſtā
tianus uero oībus egregie comparatis:cum uniuerſa claſſe ex Epidāno
diſcedens in Epidauri portum:quod oppidum per Ionicum nauiganti
ad dexteram iacet:In uehitur Ibi forte Gothorum ſpeculatores tūcade
rant:per Grippam dimiſſi quibus naues iam proſpectantibus & ſimul
exercitum:uiſum facile eſt:uniuerſam milite terram repleri:Itaq; ad
Grippam propere redeuntes:infinitam hominum multitudinem Con
ſtantianum in ſe ductare identidem affirmabant. Tum ille timore in-
genti perculſus:aduentantibus hoſtibus occurſandum:ut minime ſibi
id profuturum:haud quāq; rebatur:nec per Imperatoris exercitum
qui uel mare ipſum in poteſtate haberet:obſidione ſe intercludi ullo pa
cto uolebat. Salonarum preterea muri angebant ut quorum magna
iam pars concidiſſet:nec ſecus & incolæ ipſi:ut magnum in modum go-
this ſuſpectione:Quibus de cauſis ex ſalonis Grippa cum uniuerſis co-
piis mouens:eo in campo caſtra metatus eſt:qui ſalonas & Cremonem
interiacet oppidum Conſtantianus interea ex Epidauro ſoluens. Lyſe
nem appulit claſſem:quæ in eodem ſita eſt ſinu:dimiſſis deinde explo-
ratoribus:& his ſtatim ad uerum renuntiantibus:quemadmodum
cum Grippa res ſe haberent:recta Salonas & concitatius nauigat:quo
ubi eſt proxime uentum:incontinentem expoſitis copiis:eodem ipſe qe
tam habuit ſtationem:quingentis deinde ex uniuerſo exercitu & ſta-
tim delectis:hiſq; Siſila quodam ex armigeris ſuis prefecto:occupare
anguſtias imperat:quas etiam ante urbem acceperat:Ipſe deinde cum
omnibus copiis Salonas contendit:peditatuq; demum & claſſe impor-
tum deductis:urbem ingreditur. Sed Conſtantianus Salonarum mu-
ros mox ſarciendos curare:breuiq; collapſa omnia ex edificando eri-
gere. Grippa uero gothorum exercitum:Romanis Salonas iam occu-
pantibus:dioptimum inde poſt diem caſtris ſublatis incolumen Rauen-
nam reduxit:his abeuntibus:Dalmaciam Lyburniamq; omnem Con-
ſtātiāi9 inditionē accepit:gothis ſibi adiūctis q his in locis reliq fuerāt
his ita pactis:hyems iā declinabat:& belli hui9 quod procopius hiſto-
riæ cōmendauit:primus iam annus finiebat. Beliſſarius aūt Syracuſis

*Grippa Gotho-
rum dux in Dal
matia.*

*Dalmacia Ly-
burniaq; indi-
cionem Iuſtinia
ni ueniunt.*

Panormiq; ualido dimiſſo preſidio: cum omnibꝰ copiis/e, meſſana reg-
ium intermedio freto traiecit: inquo poetæ Scyllam fuiſſe & Charyb-
Beliſſarius i Italia. dim p arbitrio fabulantur: ad hunc uero ubi incontinentem peruenit:
quottidie eius regionis homines agmine magno concedere: & uici qui ſi
ne muris iampridem fuiſſent: ſine ulla cuſtodia Romanis patere: quod
ſane ex odio in Gothos acerrimo agebatur: quorum dominatione degra
Ebrimirus. uabantur. Ex gothis autem Ebrimirus Theodati gener: qui eius filiam
in uxorem duxerat Theodinatem: cum ſuis omnibus ſponte ad Beliſſa-
rium uenit: qui ſtatim ad Imperatorem Byzantium miſſus: poſt cæte-
ra præmia ad patritiam prouectus eſt dignitatem. Exercitus autem p
Brutios Lucanoſq; ductus iter pedibus faciebat: huic quam proxime
continentem claſſis ſubſequebatur: Vbi uero eſt in Campaniam uen-
tum: in Neapolim urbem marittimam inciderunt: quæ pro loci natu-
ra ualidior erat ſatiſq; munita: & ualido gothorum preſidio tenebatur
Beliſſarius itaq; extra Sagittæ iactum in portum iuſſit ex alto na-
Beliſſarius Neapolim obſidet. ues ſubduci: Ipſe uero iuxta urbem poſitis caſtris: Imprimis quidem
quod in ſuburbano erat preſidium deditione mox cæpit: deinde qui in
ciuitate manebant permiſit: ex ſuis quoſdam delectos ad ſe ut in caſtra
tranſmitterent: ut & ipſi ſibi quid uellent edicerent: & ſe loquentem cũ
audiſſent: eius mandata ad ſuos referrent: Ex templo igitur Stephanũ
Neapolitani dimittunt: qui ubi ad Beliſſarium uenit ita prefatus:
Neapolitanorũ mandata ad Beliſſ. Non iure inquit id agis prefecte: ut Romanos uiros & nihil iniuriæ in
ferentes: traducto exercitu opugnatum ut uenias: qui ciuitatem par-
uam incolimus: & dominãtium barbarorum ſic in arce preſidium ha-
beamus: ut ſi his repugnare quoquam pacto uelimus: haud quaq̃ in no
ſtro arbitrio ſit: Accedit etiam quod barbari iſti: liberis coniugibuſq;
& pretioſiſſimis rebus in Theodati poteſtate relictis: ad nos tuendos
huc uenerint: Quocirca ſiquid forte contra nos egerint: non ciuitatem:
ſed ſe ipſos prodidiſſe mox uidebuntur. quod ſi nil ſupprimendo dictu
ri uera nunc ſumus: nec ueſtris quidem hoc tuo in nos ad uentu recte cõ
ſultum eſt: commodis. At qui Roma fuiſſet prius uobis recuperanda:
ſic deinceps & Neapolis ipſa ſine ullo negocio in ditionem ceſſiſſet:
ab illa repulſi: neq; hanc quidem eſtis: uti par eſt habituri. Quo ſit
Beliſſarii reſpõſio ad Neapol. ut fruſtra nos obſidendo tempus nunc teras. His Beliſſarius dictis
ita reſpondit. Nos quidem ſiue rectiore conſilio: ſiue alia ſumꝑ huc cõ

ceſſerimus:haud quaꝗ Neapolitanis conſiderandum permiſſuri nunc
ſumus:quæ uero nos digne conſulimus:libet quidem ut animaduertẽ
do & contemplando:ea denicꝫ peragatis:quæ uobis ſint conductura.
excipite ergo in urbem Imperatoris exercitum:qui pro ueſtra Italicꝫ
ſiumcꝫ aliorum libertate huc uenit:ne ea potius diligatis quæ uos præ
cæteris maxime afficere moleſtia poterunt:Enim uero quicuncꝫ uel ſer
uitute:uel alioquouis de honeſtamento obducti in aciem prodeunt:in
ipſo profecto certamine ſi ſe nauiter geſſerint:geminatam ſortiũtur fe
licitatem:nam ſi uictores euaſerint:a malis ſe & infortuniis uindicant:
Victi uero id ſolatii referunt:quod deteriorem non ultro fortunam ſe
quuntur. Qui uero cum liceat ſine belli diſcrimine ſi liberos fieri:& ali
oquin:ad certamen deſcendunt:firmiorem ſibi ut pariant:ſeruitutem:
hi proculdubio uel ſi potiti forte uictoria ſint:uel in admodum neceſſa
riis rebus falluntur:& ipſo in bello longe pauciores ac ipſi uellent inco
lumes euadendo:cum ceteris infortuniis:uel eo maiorem ſunt habitu
ri calamitatem:ꝙ bello uincuntur. Neapolitanis dicta hæc ſint. Gothis
uero qui apud uos in preſentia ſunt optionem nunc damus:ſiue nobis
cum una ſub imperatoris imperio ſint:ſiue impunes & malorum expe
ctes domum confeſtim hinc abeant:Quod ſi has omnes conditiones ſi
ue hi ſiue ipſi uos neglexeritis:& audendo duxeritis in nos arma effer
re:neceſſarium erit:Si deo id placitum ſit:pro hoſte utamur qui ſe pri
mũꝫ obtulerit. Sin uero Neapolitani imperatoris malint ſibi partes de
ligere:& ex gothorum tam graui hac ſeruitute:in libertatem ſe denicꝫ
uindicare:eas uobis nobiſcum fore:fide data:conuentiones polliceor:
quæ cum uolentibus ſiculis facte. ita ſeruantur:ut nos in ſimulare per
iurii nequeant. hæc Beliſſarius Stephano publice ſuis renuntianda in
iunxit:ſeorſum tamen huic ad bene ſperandum pleracꝫ pollicetur. Si
Neapolitanos Imperatori beniuolos redderet. Stephanus itacꝫ in ur
bem reuerſus:& ciuibus Beliſſarii mandatis renuntiatis:aperte decer
nit his prorſus inutile fore aduerſus Imperatorem bellum ſuſcipere:&
Stephano quidem hæc decernenti fauebat Antiochus Syrus uir gene
re quondã:ſed iã pridẽ Neapoli habitarat:maritimo operi ſemp intẽt9
Vnde non paruã erat prudentię & ęquitatis opinionẽ apud hos cõſecu
t9. Paſtor uero & Aſclepiodot9 rhetores erãt:& iter Neapolitanos facile
principes:hi gothiſcꝫ cũ eſſent amicitia cõiũctiſſimi haud quaꝗ puelle

rerum: preſentium ſtatum mutari: uel aduerſus hunc aliquid innoua-
ri: itaq; inter ſe inito conſilio: ut quæ iam populus animo agitaſſet: in-
terpellarent: quam multa quidem & magna: multitudinem incitabant
a Beliſſario alia item atq; alia ut cauſando expoſcerent: & illud impri-
mis: ut hunc iureiurando ad actum tenerent: ab eoq; poſtulata confe-
ſtim aſſequerentur: omnibus itaq; libello inſcriptis: quæ Beliſſarium
haud quaq̃ facturum ſuſpicarentur: ad eum per Stephanum deferen-
da mox tradunt: qui ubi rurſum ad imperatoris ſe exercitum contulit:
litteris profecto porrectis: ab eo ſciſcitabatur: utrum ne eſſet executur9
quæ Neapolitani ab ſe depoſcendo deferrent: deq; his obſeruandis pre-
ſtare iuſiurandum his uelit: Tum ille omnia ſe facturum pollicitus.
Stephanum ſtatim domum remiſit. quo referente: Neapolitani deni-
que perſuaſi: & beliſſarii dicta ſuis gratificantia uotis ſuſcipiendo: Im-
peratoris exercitum in urbem ex templo admitti iubent: nil prorſus ra-
ti moleſtiæ ſibi ea ex re occurſurum: identidem affirmantes: ſatis ſe ex
ſiculis exemplorum habere: qui recens barbarorum tyrannide in Iuſti-
niani Imperium commutata: nunc libertate fruantur. Iam itaq; ingen-
ti tumultu delati: ad aperiendas Romano exercitu portas proceſſerãt.
Gothi interea: ut quibus minus placerent quæ gerebantur: nec cepta in-
terpellare iam poſſent: a tumultuante hac turba procul aſtabant. Sed
paſtore e primoribus quidam Aſclipiodoto fauente: Neapolitano ad cõ-
cilium: populo & gothis ipſis: unum in locum ad ſe conuocatis: oratio-
nem huiuſmodi habuit. Si ciuitatis cuiuſpiam multitudo ſeſe ac ſuaʒ ſa-
lutem prodiderit: nihil ad ſurdum: preſertim ſi cum optimatibus ſenti-
endo: liberam inde de ſumma rerum ſententiam ferat. Nos tamen ut ha-
ud dum in pernitiem abeuntes: oportet omnino poſtremum ut perin-
de ſuffragium: ſalutaria in patriam monita cõferamus. Spectamus igi-
tur o Viri ac Ciues: non ſolum ipſos uos Beliſſario: Sed uel ciuitatem
hanc proditum iri: qui bonis uos plurimis affecturum ſe pollicetur: &
iuramento preualido ſe ad id exequendum obſtrinxit: Si autem pro-
mittere de ſe uel id quiuerit: uenturam ad ſe omnino belli uictoriam:
contradicturus eſt nemo: non uobis emolumento hæc fore: Nam futu-
ro iam domino non prorſus gratificari: demẽtiæ eſt: uerum tamen ſi
in incerto poſitus eſt: Maritis euentus: nec mortalium quiſpiam For-
tunæ prenoſſe ſententiam queat: Conſiderate pro quantis nam uo-

Neapolitãi Fluctuant nec cõueniunt de deditioni.

Oratio Paſtoris ad Populũ Neapolitanũ contra Belliſſ.

biscalamitatibus id ſtudii ſit· Si enim bello ſuperiores euaſerint Go
thi: & hoſtes deuicerint hoſtium loco haud dubie habituri nos ſunt:
& hoſtiliter inde excruciaturi: quippe qui nulla coacti neceſſitate: ſed
uoluntate & ſui nunc odio ad proditionem uenerimus: Ad hec accedit·
Qui per Beliſſarium ipſum ſi forte hoſtes peruicerit: perfidiæ argue
mur: & in prefectos proditionis: ac pinde fugitiui iã facti: in omne ęuũ
per Imperatorẽ cuſtodiis aſſeruabimur: nam qui proditoris uſus bene
ficio ſit: accepta quidẽ ex gratia repentina quadam ut uictor afficitur
uoluptate: ſuſpitiõe tamen impoſterũ ductus: ueretur ſimul & odit eius
ex factis beneficiũ proditorem: Vt qui inſe ipſo expertus aſſeruet & ca
ueat proditionis inditia· Si igitur in gothos fidem in preſenti ſeruari
mus uiriliter ſubeundo ac tolerãdo diſcrimina: uel hi quidem hoſtibus
ſupatis bonis q̃ maximis affecturi nos ſunt: & Beliſſarius ipſe: ſi ita for
te contigerit: ubi uictor euaſerit: ſeruatæ fidei ueniam dabit: nã & pti
nax in quẽpiam ſtudiũ: uel ſi plerumq; forſitan fallitur: mortaliũ ne
mo: qui nõ omnino deſipiat: dignũ ſupplicio iudicabit: nunc uero quid
paſſi hoſtium extimuiſtis obſidionem: quãdoquidem nec neceſſariis re
bus caretis: nec cõmeatibus intercludi domi cõſideatis: muriſq; & cuſto
dibus gothis poſſitis cõfidere plurimũ· Cõſideremus preterea nec Beliſ
ſariũ hiſce cõuenturum nobis cum fuiſſe conditionibus: ſi urbem ſe ui ca
pturum ſperaſſet: Quin etiã ſi exequi ex æquo hic uellet: quæ nobis eſ
ſent in cõmodum cõceſſura: nec Neapolitanos quidem terrere ante hac
debuit: neq; ex noſtra hi in gothos iniuria: ſuas ſtabilire nũc uires: Sed
cum Theodato & gothis cõferendæ prius illi manus fuiſſent: ut ſine di
ſcrimine & nulla proditione aut iactura: ciuitas iſta inuictoris cederet
poteſtatem· his Paſtor & Aſclepiodotus peroratis: iudeos producũt aſ
ſeuerantes ciuitati rerum neceſſariarum nil defore: & gothos tuto mœ
nia ſeruaturos: quibus perſuaſionibus Neapolitani illecti: Beliſſari Deditio Exclu
um iubent quam celerrime inde abſcedere: Tum ille ad obſidendam ur ditur·
bem ſe comparare: proq; uiribus oia facere: naʒ muros ſæpe antea hos
inuadendo periclitatus: cum magna militum iactura: & horum quidẽ
fortiſſimorum: repulſus abierat: quandoquideʒ Neapolis muri: cũ par Neapolis ſitus
tim ad mare ſint: partim incõtinenti & locis difficilioribus ſiti: adiri e & Muri·
propinquo nil poterant: nec ab inſidiantibus propter locorũ accliuita Aqueduct9 in
tem inſcendi· Cumq; aquæ ductum: qui in urbem aquam ueheret: terciditur·

Beliſſarius intercidiſſet: non admodum ciues ea res ob turbarat: quippe qui puteos intra mœnia affatim haberent: Vnde non multum eius iacturā rei ſenſere. Qui uero obſidebant hoſtem fallendo: Romam ad Theodatum crebro nuntios miſſitare: celerem opem oratum: Sed ille ut erat ſuapte natura ignauus ac plane imbellis: nec belli apparatū aliquem facere: nec his auxilia mittere: Ferunt nanq3 aliud quiddam huic interea cōtigiſſe: quod maximum in modum eum exterruit: & ingentem impegit formidinem: quod ſane mihi & ſi non ſatis ſit credibile uiſum: explicaturus ſum tamen: Fuerat quidem uel ante hac Theodatus nō omnino incurioſus his fidem preſtare: qui ſe factura predicere faterentur: Cum itaq3 in re preſenti inops cōſilii eſſet: quod utiq3 ſolet mortales ad uaticinia perſcrutanda impellere: ex hebreo homine quodam: qui in hac futurorū prenotione magne eſſet opinionis & famæ: Sciſcitabat: qualis nam eſſet huic bello futurus euentus: Tum ille porcos terdecim paruis tribus in domiciliis ut coerceret admonuit: & decimis q̄buſq3 noīa faceret: ex gothis Romaniſq3 & imperatoris prefectis deſumpta: ad diem deinde certū quieſceret: Theodatus igit̄ oībus ita ut erat iniunctum peractis: ad preſtitutū cū hebreo una porcos ſpectatū aduenit: & eos quidem quibus gothorū nomen impoſuiſſet mortuos omnes duobus ſuperſtitibus cōtemplatur: uiuos uero & modico interuallo diſiunctos: quibus Imperatoris prefectorū nomen forte iam obueniſſet: ſed alioquin ſetas e dorſo his omnibus defluxiſſe: & earum partē dimidiam reliquam eſſe: compertum: Vnde & Theodatum huiuſmodi conſpicatum ex hiſq3 belli exitum animo agitantem: inceſſiſſe formidinem tradunt: perinde ſat gnarum Romanis id occurſurum: ut eorum exercitus pars quidem ſit dimidia peritura: & pecuniarū ſint hi iacturam nō nullam facturi: gothis uero: ut gens uniuerſa fere deleta ad paucitatem deniq3 redigatur: & ad imperatorē: & ſi nō magna: deuictis tamen gothorū prefectis: belli ſit peruentura uictoria: Quamobrē & Theodatū affirmant: nil prorſus uirium comparaſſe: quibus cum Beliſſario eſſet decertaturus. Sed de his quiſq3 loquatur: uti plus minuſue attribuerit fidei. Beliſſarius autem Neapolitanos terra mariq3 cum acrius obſideret: mærore afficiebatur: ingenti: ut qui nec illos unq̄ ad ſe conceſſuros ſperaret: nec ciuitatem ſe poſſe in poteſtatem redigere: quādoquidē & loci difficultatem ſibi aduerſari q̄ maxime crederet: & tempus eſſe diu

Theodati curioſitas.

Ride Iudeū futura ex porcis elicientem.

tius conterēdū: Vnde & ueritus ne ſe hyems opprimeret: & relicta Ne
apoli aduerſus Theodatum ducere cogeretur: & Romam cōtendere ce
lerrime inde ſe abiturum exercitui nūciauit: & ad iter ſe prepararet in
iunxit: Sed diu ea de re animo fluctuatus: & hanc nactus rei bene gerē
dæ occaſionem: eodem ꝑmanſit. Cupido interea ceperat Iſaurum quem
piam aquæductus ædificium inuiſendi: & quēadmodum ciuitati neceſ
ſarium liquorē ſubminiſtraret. Ex ea itaqꝫ parte qua Beliſſarius id inter
ruperat ab urbe procul ingreſſus facilem habuit deſuper uadendi uiā
nam muro interſciſſo fluere iam aqua deſierat: Vbi itaqꝫ propius mœ
nia uentum: in uaſtam petræ molem incidit: nō hominū manu: ſed pro
terræ natura locatā. In hoc igitur ſaxo: qui quondam aquæductum ex
truxerant ædificio illi adhęrēti: excauauerāt ſuperne foramen: nō ſatis
patens: quo ea liberius ꝑmeare uir poſſet: ſed labenti ut aquæ tranſitum
exhiberet: unde fiebat ut haud quaꝗ ubiqꝫ par eſſet: interior ædificii
tractus meatuſqꝫ amplitudo: perforata ſaxi interpellante anguſtia: un
de nec armato precipue uiro & ſcutum geſtanti erat is peruius locus: id
ubi Iſaurus comperit: haud quaꝗ uiſum impoſſibile eſt: exercitum ea
poſſe urbem inuadere: ſi paulo laxiorem petre cō cauitatem efficerent:
Sed ipſe ueterat obſcurior nec ſermones cum duce aliquo adhuc contu
liſſet: rem ad Paucarem detulit ſuæ gentis Iſaurum: ſpectatæqꝫ inter mi
lites uirtutis uirum. Paucaris igitur omnia: uti ſe habuiſſent ad Beliſ
ſarium defert: qui ſtatim præ nuntii uoluptate reſpirans: magnaqꝫ ſe
eius indicem rei pecunia donaturum pollicitus: rem ut peragerer & cō
feſtim hortatur: ac ſimul imperat: Iſaurorum ex agmine deſumptis cō
militibus petram ſtatim ut latius aperiret: & imprimis caueret ne cui
eius rei ſenſum præberet. Paucares uero Iſauris extemplo delectiſ ad id
per idoneis: aquæductum cum his ſimul & occulte ingreditur. Cumqꝫ
demum ad locum ueniſſent ubi petra in anguſtū cohibat: mox opus ag
greſſi nō dolabris hāc aut bipēnibus excidebant: ne forte ex ſonitu fra
goreqꝫ hoſtibus proderent quæ gererentur: ſed ferreis acuminatiſqꝫ in
ſtrumētis: foramē crebrius climando abradēdoqꝫ: breui iā effecere: ut
uir thorace obductus & clipeum geſtans: libere ea trāſmeare ſat poſſet:
Cū itaqꝫ egregie ſe uniuerſa haberent: ſubiit Beliſſario cogitatio animū
quod ſi prælīando exercitui eſſet & ui ea urbs inuadēda: nō niſi magna
ſuorū cū clade id fieri poſſe: & Ciuitati cætera occurſura quæ in captas

Forma de ſitus Aqueductus.

Aditus in Neapolim inuentus

Beliſſarius nacta ſpe potiunde Ciuitatis Stephanū euocat

urbes geri per hoſtes ſolent: Unde Stephanum ſtatim ad ſe euocatũ his
uerbis affatur: Vidi equidem ſæpe urbes expugnari & capi: & qualia a
uictoribus captæ iam patiantur ſat calleo: Nam & milites ipſi ſine ullo
ætatis reſpectu occidũt quos in eo furore offenderint: matres familiæq;
tam cede afficiũt: ut mortem ſibi efflagitãtibus: illaturus ſe negẽt: Nã
dum ad Iniuriam ferendam trahunt: & militũ inſeruire coguntur libi
dini: in decora omnia tolerãt: & admodũ miſeranda: puerique uix dũ ab
lactati: ab his abducunt in ſeruitutem: quos omnium inſenſiſſimos ha
bent: ut quorum manus paterno reſperſas ſanguine conſpicentur: prete
reo amantiſſime Stephane iniectũ per urbes ignem & flagrantia tecta
nunc meminiſſe: quo ut res cæteræ deperdũtur: ita & urbis nitor & pul
chritudo de honeſtat. Hæc ipſe omnia cũ ueluti in ſpeculo Neapolim
uideam: nil ſecius per peſſuram: ac cæteræ ſint captæ urbes perpeſſe: hu
ius ſimul ac ueſtri me miſeret: Machinę mihi: ut uides: ſunt comparatę:
quibus fieri nõ poteſt nõ urbem hanc capi excindiq;: Ciuitatẽ itaq; ue
tuſtiſſimam: & incolas chriſtianos Romanoſq; ut ab antiquo iã nactã:
ita & ad id temporis intra ſe cõtinentem: in miſeram hanc fortunã inci
dere: haud quaq̃ optauerim: preſertim cũ in meam ſit illa omnino Ro
manorum prefecti poteſtatem uentura: & in meo exercitu barbarorũ in
gens ſit multitudo: qui fratres propinquoſq; ante hæc mœnia ammiſe
re: & iccirco ſi urbem hanc cœperim iſtorum frenare iram nil qui uero:
Quamobrẽ quãdiu in ueſtro arbitrio eſt: eligere poſſe quæ uobis cõdu
cant: & quæ potiora ſunt facere: uobis cõſulite: & futurã declinate cala
mitatẽ: quæ: ſi uti par eſt: in uos demũ reciderit: nõ iure fortunam eſtis
ſed uos ipſos incuſaturi: Poſt hæc Beliſſarius dicta: Stephanum ad ſuos
remiſit: qui ubi Neapolitanæ plebis in mediũ uenit: Lachrimans ferme
& gemebũdus renunciauit: quæ a Beliſſario accepiſſet: Tum illi identi
dem aſſeuerare: Neapolitanos immunes & liberos eſſe: nec imperatori
Romano in ſeruitutem quandoq; ſe dedituros: nec Beliſſariũ quoquam
pacto uereri: nec illi prorſus cedendum decernere. Tunc Beliſſarius ſui
ut urbẽ per aquæductum inirent: rem ita conſtituit Viros quidem ad
Magnus. quadringentos: primis ferme tenebris deligit: hiſq; Magnum prefecit:
Ennes. qui equitum turmas ductarat: huic Ennem comitem addit Iſaurorũ tũc
ducem: thoraces deinde ſibi oẽs deſumere: clipeos enſeſq; iubet: & quoad
ipſe ſignum dediſſet quieſcere: Accitoq; Beſſe apud ſe ut maneret iuum

xit·Magnum deinde & Ennem quæ fieri in præſentia uelit cõmonefacit
& eam his ædificii partem oſtendit: quam antea ruperat: Vnde in aque
ductum facilis patebat aſcenſus: poſt hæc Imperauit: ut quadringẽtos
illos quos ſibi ductandos dediſſet: extinctis luminibus in urbem immit
terent: duoſq; qui turba canere egregie percallerent cum his ſimul di-
miſit: ut ubi intra mœnia perueniſſent: urbemq; fremitu & terrore tur
baſſent: quæ per ſe fuiſſent iam geſta: clangore ac ſonitu ſignificarent:
Ipſe uero magno numero Scalas ad id antea factas in apparatu habe-
bat: illis itaq; aquæductum iam ſubeuntibus: eaq; in urbem propere
contendentibus: Beliſſarius cum Beſſa & altro comite ſuo loco manere:
& cum his omnia exequi· Ad exercitumq; qui iuberet dimiſit: ut inten
ti omnes, ac uigiles eſſent: & in manibus arma haberẽt: circa ſe uero quã
multos habebat quos audentiſſimos eſſe ac fortiſſimos uiros rebatur:
Sed ex his qui urbem ingreſſuri obierant: pars maior periculi magni-
tudine territi: retrorſum deferri dilabiq; paſſim: Quibus cum & Ma-
gnus dux ipſe: quandoquidẽ ut ſe ſequerentur: nec monendo quidẽ per
ſuadere: nec adhortando iam poterat: ſe ad prefectum recepit: quos Be
liſſarius omnes unbraguine redeuntes probro affecit: & ducẽtos ex his
qui circa ſe milites erant delectos: cum magno abirent mox iuſſit: qui-
bus Fotius filius ut indignabundus & fremens ducem ſe obtulit: & in ſo-
ueam qua eundem bis erat deſiluit: prohibitus tamen per Beliſſarium
eſt· illi uero prefecto una & Fotio ſibi cõuiciantibus: metu ſimul ac pu-
dore perculſi: diſcrimen quod antea declinaſſent ſubire tunc auſi: cum
ducentis illis una ducem ſequuntur· Beliſſarius autem ueritus: ne quis
ad hoſtes qui turrem aquæ ductus ædificio proximam cuſtodirent: eo
rum quæ gererentur ſenſus accederet: eo ſe contulit: & Beſſam rixari ac
gothicis uerbis oſtendere cum barbaris cuſtodibus imperat: ne quis for
te armorum crepitus ad hos perueniret· Tum Beſſas ingenti his uoce
inclamitando ad Beliſſarium ſe ut conferrent: monebat: multa his bona
fore pollicitus: tum illi contra illudere: & pluribus imperatori ac Be-
liſſario cõuiciari & maledicere· Aquæductus autem ille non ſolum ad
murū uſq; porrectus ſuperne integitur ſed mediam urbem ſpatio lon
giore puadit: & decocto ex latere celſiores fornices habet· Romani itaq;
cum intra mœnia omnes iam perueniſſent: ubi nam terrarum conſiſte-
rent: nec animo quidem concipere nec coniectura ſat poterant: nec inde

Ordo Beliſſarii ad Neapolim p aqueductum capiendam·

Beſſas·

Fotius·

Aſtus Beliſſarii

deſcendere:quouſq́ tandem ad locum eſt uentum:ubi aquæductus re-
tecta erat teſtudo:domuſq́ deſuper neglectior uiſa:quam Sola anicu-
la nimiæ paupertati cohabitans incolebat:& forte in ſuperiori ædificii
parte oleæ erat arbor enata:Itaq́ ubi Cœlum hi conſpexere:& media
in urbe ſe eſſe iam ſenſerant:inde euadere animo agitabant:nõ enim his
aliqua machinatio erat:& armis preſertim munitis:qua ſe inde demit-
terent:Ad hæc accedebat quod celſius ibi ædificium aliud quoddã exci
piebat:quo nullus patebat aſcenſus:romanis itaq́ diu animo fluctuan-
tibus:& in maiores iam coeuntibus loci anguſtias (Iam enim cum tur-
matim ſuccederent magno agmine ferebantur) Subiit cogitatio quem-
piam ad ſuperiora ut tandem euaderet:pertentare:Confeſtim itaq́ de
poſitis armis manibus enitendo ac pedibus:in mulieris domicilium ue
nit:qua eodem mox uiſa & mortem cõminatus ni conticeret:ſupprimē-
te illa ut attonita præ formidine uocem:iactatoq́ ad oleæ truncũ pre-
ualido fune:& illigato alterũ reſtis mox caput inſupereminens ædifici
um iacit:quo milites ſtatim comprehenſo:ad unum omnes ſurſum eua-
dunt. Noctis enim pars quarta relinquebatur:& in urbis muros tran-
ſcendunt:cuſtodeſq́ duos nil prorſus imminens malum preſentientes:
obtruncant:ſed ea e regione:qua in boream mœnia uergunt:Beliſſa-
rius cum Beſſa & Focio manens:diu iam expectabat quæ p ſuos geſta
fuiſſent reſciſcere:Tum illi:ut ea mœnium parte potiti clangētis tubæ
ſonitu copias euocare:hoc ex prodito Beliſſarius ſigno mœnibꝰ ſcalis ex
templo admotis:milites ut per eas muruꝫ inſcenderēt cõfeſtim hortatᷣ:
Cunq́ ſingulæ ſcalæ ad propugnacula haud quaq̃ ꝑtingerent:ut quas
non ex aperto & æqua dimēſione opifices fabricaſſent:binis inuicem ſca
lis milites colligatis:hiſq́ ſcandendo & propugnaculis ſuperatis in mu
ros peruadũt:aliã autem mœnium partem ad mare uergētium nõ bar-
bari ipſi ſed iudei cuſtodiebãt:Milites uero nec ſcalas applicare his po
terãt:nec alias ſcandere:iudeis ſibi acerrime occurſantibus:& plane in-
Iudęi Valide re ſiſtũt
terpellantibus:ne ſine ꝑlio urbem caperēt hoſtes:atq́ adeo ut ea e re-
gione nihil ſpei his eſſet ciuitatis iam potiundæ iudeis ipſis uel urbe in
partem iam capta tã fortiter preliantibus:& ſumma ui reſiſtentibus q
in ſe impetum facerent:Verum ubi demum illuxit. nam noctu pacta
hæc ſunt:ex his qui introgreſſi iam fuerant nõnulli in iudeos mox inru
unt:hoſq́ interga cedere acrius inſtãt:tum illis fugã propere capeſſen

tibus:urbs undiq; capitur·Iamq; patentibus portis Romanorum infere-
batur exercitus·Sed milites qui ad portas in oriētem ſitas diſpoſiti fue-
rant:cum ſcalæ nullæ his eſſent:quibus muros conſcenderent:fores con-
feſtim a cuſtodibus deſtitutas:igne ſummiſſo incendūt:cumq; uacuus
eſſet ea ex parte defenſoribus murus:hinc inde dilapſis nullo negocio ci-
uitatem inuadunt:ſtragemq; ciuium ingentem fecere:& hi preſertim
ira & indignatione in eos deſęuiebant:qui fratres propinquosue in ea
forte mœniū expugnatione ammiſerāt:Nam quos tum primum obuii-
os habuerint:ſine ullo ætatis uel cōditionis reſpectu mox trucidare:ci-
uium bona diripere:in domicilia q; ignem immittere:pueros preterea
ac matres familias in ſeruitutē captos pertrahere:& præceteris barba-
ri Maſſagetæ:ut qui nec ſacris quidem cū manus abſtinuiſſent:eorum
uim maximam qui uel in templa confugerant:tamdiu obtruncant:quo
ad Beliſſarius ſuos circumeundo a cede cohibuit:& ad concionem uoca
tos iſtiuſmodi affatus eſt uerbis·Poſtquam uictoriam ad nos detulit de-
us:& ad id gloriæ tandem prouexit:ut urbem:& ſi inexpugnabilem ui
ſam:noſtræ dictioni ſubegerit:neceſſarium eſt:ut & ipſi acceptæ gratię
haud quaq̄ indignos eſſe præ nobis feramus:Sed pro noſtra potius in-
deuictos clementia:iure hos ſuperaſſe:nolite ergo Neapolitanos iſtos
perpetuis odiis de cætero inſectari:nec quia hos ipſi oderitis belli uobis
ſunt limites excedendi:quod enim eſſe in deuictos uictorium odium po
teſt:cum parcendum his potius ſit:q̄ ad internitionē clades alia inferen
da:nō enim uos ipſi ab hoſtibus poſt hac uindicatis:ſed ſubditorum ex
more facturi iacturam eſtis:Quocirca uiris iſtis nihil impoſterum ma
li per uos inferatur:neq; furenti inmanimo licentius omnia permittē
da:indecorum namq; cū hoſtes uiceritis:iracundia uinci:uobis quidē
cæterę in uirtutis premiū cedant:cōiuges uiris cum liberis reſtituite:
ediſcant uicti ex rerum ſuarum iactura quātis ſua temeritate priuati nunc
ſunt & gratiſſimis bonis·his Beliſſarius dictis:matreſfamilias omnes li
beros:ſeruoſq; produci mox iuſſit:& Neapolitanis reſtitui:nōdum ali
quam expertos iniuriā:hiſq; & milites ſuos cōciliauit·Sic itaq; cū Nea
politanis tunc actū:ut una eadēq; die & in ſeruitutē cōcederent & liber
tatem ſimul ac ſuis ex rebus pretioſiſſima quæq; recuparent:ſiquidem
qui aurū maioriſq; precii rem poſſiderēt:iam antea in terrā abdiderāt
hac dūtaxat una hoſtib9 occulcare ſua hi potuerūt:Deniq; omnes in pro

Neapolis capit

Ingens cedes & direptio Maſſagete·

Beliſſarius ad ſuos ut deſtināt ſeuire

Neapolitani li-berantur opera beliſſarii·

Dolore repente Paſtor moritur

ptia domicilia reſtituti:cum his ſimul & bona recondita preter ſpem re
ceperunt:Obſidio itaqꝫ in diẽ ad ſummum extracta uigeſimum hunc
habuit finem·Gothos uero ea in urbe ad octingẽtos numero captos:in
demnes prorſus ſeruatos:nõ minori in honore q̃ ſuos apud ſe Beliſſari9
habuit·Paſtor autem qui in eam deſperationem:ut ſupra iam diximus
plebem induxerat:ubi captam urbem peruidit:in apoplexiam incidẽs
repentius moritur:nullo uel ante hac morbo affectus:nec prorſus ab
ullo mali quicq̃ perpeſſus·Aſclepiodotus preterea qui cũ Paſtore una
rem omnem in populi iacturam confecerat:cum primoribus aliis qui
reliqui tante cladi fuiſſent:ad Beliſſarium uenit:Cui illudens mox Ste
phanus his uerbis cepit conuiciari:Vide hunc/o/omniũ ꝑditiſſime ho
mo:quantis malis affeceris patriam:pro tuoqꝫ nimio in gothos ac ptia
naciſſimo ſtudio:tuorum ciuium ſalutem prodideris:ſ proinde i barba
ris res ſucceſſiſſent non indignum dixiſſes tui erga hos ſtudii mercedẽ
recipere:& ſingulos noſtrum:tam ſi rectius longe conſulitos proditio
nis inſimulare:Aſt ubi in poteſtatem Imperator hanc urbem redegit:a
& Beliſſarii huius tam fortiſſimi uiri uirtute ſalutem recepimus:adi
re hunc ipſum Romanorꝫ prefectum tam temere auſus:perinde nec in
nos ciues nec imperatoris exercitum delinquendo nõ dignas tuo ſis ſce
lere pœnas daturus·Tum ille exprobranti hæc ſibi:ut maledictis uicẽ
mox redderet·Falleris inquit his te iactitando:quæ nobis ex noſtra in
gothos beniuolẽtia obiiciẽda nunc ducis:non enim quiſq eſſe periclitan
tibus dominis beniuolus poteſt:niſi ſat cõſtans animo ſit:Me uero ui
ctores talem ſunt rei publicæ ſuæ habituri cuſtodem qualem nuꝑ fuiſſe
in gothos cõpererint:quãdoquidẽ qui ſua pte ſit natura non infidus:ha
ud quaq̃ cũ fortuna ſimul cõmutaturus eſt animum·Tu uero cum go
this res minus æque procederent:promptiorẽ te ſtatim exhibuiſti ad
inuadẽtium hoſtiũ uerba ſuſcipiẽda:qui enim inſtabilis eſt:& in cõſtan
tiæ morbo laborat:ſimul ac timere inceperit:uel ſui met amantiſſimis
debitã negaturus eſt fidem:His dictis Neapolitanus mox populus ab
euntẽ hũc cõſpicatus:cum in unum coiſſet:Sua ac preſentia mala Aſcli
piodoto illi criminabat:& maledictis haud prius abſiſtit inceſſere:q̃ ho
minum trucidaſſet:eiuſqꝫ & corpus dilaceraſſet minutatim diſcerptũ:
huius deinde excede:paſtoris ad domum impetu facto peruenit:& illũ
identidẽ omnes expoſcere:ſeruiſqꝫ affirmãtibus:fato perfunctũ paſto

rem eſſe:nõ prius his fidem prebẽdam duxere:q̃ mortui cadauer pro-
ferrent:quod ſtatim arreptum loco quodã & ſuburbano:palo affigunt:
procq̧ cõmiſſo ex iuſta ira facinore:Beliſſarium ſic deprecantur: ut ab
homine per humano clemẽticq̧ facile ueniam impetrarint:Cuȝ Neapo
litanis ſic actum:Gothi uero qui circa Romam & circũiecta huic urbi
loca adeſſe forte tunc cõtingit:miraculi loco exiſtimare:Theodati tunc
primum ignauiam:quod cum in proximo hoſtes adeſſent:haud quaq̃
uellet his obuiam ire:unde inſuſpitionem nec mediocrem quidem uene
re:ne Iuſtiniano Imperatori ultrois eſſet Gothorum res proditurus:
quandoquidem nõ in aliud quippiam animũ intẽdiſſet:niſi ut quieſcen
do uitam de cætero duceret:& pecunia ſeſe affatim ingurgitaret· Itacq̧
ubi demum captum per Beliſſarium eſſe Neapolim accepere: Theoda
to omnibus probris dilacerato:Vnum in locum ducentorum ab urbe
ſtadiorum interuallo diſtãtem inter ſe coeunt:caſtracq̧ ibidẽ metari ſe
poſſe q̃ optime uiſum:Campi nimirum circũquacq̧ patẽtiores & eqta
biles erãt:iuxta uero defluẽs amnis in mare ad Tarracinã ĩmittit:hu
ic proximus mons circeus ille:ubi Vlyxẽ ferũt cum circe uerſatuȝ:Sed
ut equidem reor nõ uera fatentur:cum ea in Inſula:circis domum Ho-
merus fuiſſe affirmet:ni forte hũc montẽ:inſulam eſſe iccirco qs dixerit
quia in mare ingẽti tractu porrigit:& iuxta ad nauigãtibus: eiuſq̧ e-
littoris regione uadẽtibus:Inſulæ diu p ſimilis eſſe apparet: ubi uero
ad eũ eſt montem pꝟentũ facile quiſq̧ perdiſcit:priorẽ opinionem ſeſe-
felliſſe:& ea forte de cauſa hũc locum Homerus inſulã dixit: Mihi ue-
ro ad ea quę dicere cœperam redeũdum·Gothi igitur cum eo iam con-
ueniſſent:Imperatorem ſibi & Italis Vittigem deligũt:Virũ ſane nõ ex
clara familia ortum:ſed qui in his certaminibus quæ circa Sirmiũ ad-
uerſus gepedas Theoderichus rex habuiſſet:probe ſe & uiriliter geſſe-
rat:qua de re Theodatus certior factus:fuga extemplo arrepta Rauẽ-
nam cõtendit· Vittiges uero quam celerrime optarẽ gothũ hominẽ mi
ſit:qui Theodatum ad ſe uiuum uel ſaltem mortuum ex fuga retrahe-
ret·Erat autem optares ille hac de cã Theodato infenſior:huic quondã
ampliſſimo patrimonio & preſtanti forma puella denupꝰerat: hanc op
tari Theodatus:& ſi pecuniis ut cuncq̧ placato:ademptã:alteri colloca
uit:iccirco tunc optares iracũdia partim ſuccenſus:Vittigi partim mo-
rem geſturus:ingenti celeritate & ſumma animi promptitudine:nec in

Gothi coeunt ad Tarracinã cõſulturi·

Circeus mons·

Gothi Vittigeȝ Regem eligunt abdicato Theodato·

terdiu quidem nec noctu intermiſſo itinere ad [illegible] enullum anxius inſe
ctatur: quem demum in uia adeptus: ac ſolo fe[illegible] reſupinatum ut uicti
Theodatus inter ficitur.
mam cedit: hec Theodato & uitæ euerſio fuit & regni: ad tertium an
num detēti: Vitiges interim Imperator Creatus: cum preſentibus go
this Romā ſe cōtulit: ibiq; cum Theodato quemadmodum actum fuiſ
ſet certior factus & ingenti affectus letitia: huius Theodeſclium filium
cuſtodiis aſſeruandū curauit: Cūq; gothorum res ei & haud recte ſatis pa
rate adhuc uiderentur: potius dixit Rauennam prius cōtendere: ibiq;
Oro Vitigis ad Gothos.
oībus optime cōparatis: ad bellū deſcēdere: Vnde uniuerſis ad ſe cōuo
catis: orationē huiuſmodi habuit. Rerum geſtarum quæ maxime ſunt
uiri cōmilitones nō temporis celeritate: ſed bonis cōſiliis dirigi rectius
ſolent: plerumq; enim ſera dilatio: cum ſe demum oportune obtulerit
utilitatis plurimū affert: ſtudiū uero & nimia properatio: ubi nec decē
ti nec ſuo tempore proferuntur: multis rei cōficiendæ ſpem intercidit:
facilius quippe imparata aliqua multitudo iuribus oppugnata hoſti
bus: uincitur ꝙ qui cum minoribus copiis ſed alioqn q̄ bene inſtructis:
incertamen ſe cōferunt: nō itaq; ut repētius ipſi & iactāter elati: indecē
ti uos aliqua affecturi ſumus iactura: ſiquidem longe potius eſt: ad bre
ue nos erubeſcere: ut gloriam ſeruemus iam partam perpetuo: q̄ mo
mentaneū dedecus declinādo: in omne æuum hoc ipſo inuolui: accedit
etiam haud quaq̄ & uos eſſe eius rei ignaros: Gothorum uim omnē &
armorum uniuerſum fere apparatum: in galliis ipſis & ſimul Venetiis
aliiſq; quā procul hinc diſtātibus locis uerſari: Et ſane francorum cū na
tione preſenti: hoc nihil inferius bellum nos gerimus: quo nondum re
cte diſpoſitio: uelle aliud aggredi: maioris eſſe ueſaniæ duxerim: nam
qui in ancipiti poſiti ſunt: nec in hoſtem unum intenti: par erit omnino
ab aduerſariis ſuperentur. Ipſe uero Rauennam eundum nunc eſſe: de
cerno: indeq; aduerſus francos bello deniq; abſoluto: & cæteris per quā
bene rebus diſpoſitis: cum Beliſſario demum gothorum omnibus copiis
cōfligendum: Sed ueſtrum nō neminem diſceſſionem hanc noſtram fu
gam dicere haud quaq̄ pigebit & alioquin timorem diſſimulare & pro
fiteri: ſi modo ſuo id tempore fiat: quam multos erexit & ad meliorē tra
duxit fortunam: Strenue uero factorum celebritas his quidem qui nil
oportune hęc geſſerint: ad ſeruitutem proculdubio eſt & ignominiam
cōceſſura: nō enim rerū nomina ſequenda ſunt nobis: ſed iure ex his co

moditas inſectanda: Viri nimirum uirtutem non ceptæ res arguunt: Sed peractę deſignant: hoſtes autem fugiunt: non qui maiori cum apparatu & derepente in hos aduentarint: ſed qui eorum corpora tueri perpetuo uolunt: & bello q̃ procul ab eſſe: de huius uero urbis Romæ futura captiuitate: ueſtrum neminem formido inceſſat: nam ſi Romani in nos ſe beniuole geſſerint. Ciuitatem hanc intuto ſunt gothis conſeruaturi: quandoquidem nec neceſſitatem experturi ſunt aliquaꝫ uobis paulopoſt ad ſe redeuntibus: & ſi qua de uobis hos forte ſuſpitio cæperit: uel admiſſis in urbem hoſtibus: minus nocebunt: & cum his demum magis conduxerit ſi cogat neceſſitas ex aperto pugnare. uerum nequid eiuſmodi accidat: mox ipſe prouidero: uiros nanqꝫ complures ad cuſtodiam urbis relinquam: & præfectum cum his prudentiſſimum: qui ad eius tutelam ſint ſuffecturi atqꝫ ut & nobis urbana hæc recte ſe habeant: & nulla ex hoc noſtro receſſu ſubſequatur iactura. Gothi igitur Vittigis dictis collaudatis: ad iter ſe preparabant: Interea uero Vittigis idem Liberio Romano Antiſtite: Senatoribus populoqꝫ uniuerſo abunde commonefactis: commemorato inſuper iuſtiſſimo Theoderici quondam Imperio: ſingulos demum hortari: erga Gothorum ut gentem beniuole impoſterum ſe haberent: idqꝫ ut deinceps ſeruarent: grauiſſimo iureiurando adegit: & ad Vrbis cuſtodiam uiris non minus quattuor millibus lectis: Leudorem prefecit: hominem ſane: ut ad multum ætatis prouectum: ita & prudentiæ opinionem maximam conſecutum: his ita per actis cum reliquis copiis Rauennam uerſus iter aggreſſus: multis ſecum Senatorii ordinis obſidum loco abductis: quo ubi demum peruenit. Mathaſſuntham Amalaſſunthe filiam eximiæ pulchritudinis uirginem: uxorem ſibi uel nolentem quidem effecit: ut ex hac generis Theoderici coniunctione: imperium ſibi firmius ſtabilitum eſſet impoſterum habiturus: Gothos deinde undequaqꝫ contractos: arma equoſqꝫ ſingulis turmis diſtribuendo inſtruxit imprimis & exornauit: eos dũtaxat qui Gallias præ Francorum formidine cuſtodirent ad ſe reuocare non potuit. Franci autem iſti: germani quondam uocitabantur: quemadmodum autem a principio fuerint id nomen ſortiti: & gallias deinde inuaſerint: ac gothis ſimul ſint hoſtes effecti expli

Conſilium Vittigis de bello gerendo.

Liberius Pont.

Leudores prefectꝰ Vrbi a Vittige.

Franci qui ſint.

caturus mox ſum. Regio ea omnis quæ ab Oceano & gadiris nauigantibus ad dexteram iacet. Europa: ut alias diximus: nuncupatur: quæ uero eſt huic ex aduerſo obiecta: Lybia dicitur: Sed Aſiam: hanc priſci dixere: de his inde quæ altra Lybiam ſunt: quod affirmare certius queam: nil habeo: nam & uaſtæ excipiunt ſolitudines: & immenſis ſpatiis: uacua ſunt hominibus loca: ex quibus: & ſi primis nili fons naſcitur. Eſt tamen eius origo incognita: cum inde in ægyptum deferri id flumen affirment: Europa autem quoad ipſum ſtatim & ſuum principium: poſt quidem peloponeſſo per ſimilis: & utrinq adiacet mari: cuius prima regio circa oceanum eſt & occidentem ſolem: & Hiſpania dicitur ad uſq alpes: quæ in Pyreneis ſunt montibus. Alpes uero dici in anguſtiis tranſitum: qui ea in regione ſunt homines decreuerunt a Pyrineis autem montibus ad uſq Lyguriæ terminos Gallia dicitur. Vbi alpes alio Gallos & Lygures dirimunt. Sed Gallia Hiſpanis eſt longe potentior: Siquidem ab anguſto cum Europa ipſa incipiat in immenſam ſemper latitudinem funditur: Ex utriſq his regionibus: altera quidem in boream uergens: Oceano circuncingitur mari: altera uero quæ ad notum uentum inclinat: mare tyrrenum habet. In Galliis alia pleraq flumina ſunt: ſed Rhodanus imprimis & rhenus hinc defluunt: diuerſa tamen & contraria ab inuicem uia labuntur: Rhodanus ſiquidem in mare tyrrenum exit: & in Oceanum rhenus immittit: paludes preterea hiſce in locis non paucæ: ubi primitus Germani: gens Barbara habitabant: nec magni tunc primum momenti uiri: qui franci nunc uocitantur. his finitimi Arborichi accolæ erant: qui cum cætera Gallia atq item Hiſpania iampridem Romanis parebant: poſt hos in Orientem ſolem Thoringi Barbari ſunt: qui Cæſaris Auguſti permiſſu: ſedes has tenuere: & ab his Burgundiones haud procul: ad notum uentum uergentes inhabitant: Sueui deinceps & Alemani gens ualida: liberi omnes: & iam diu ea incolunt loca. Temporis uero proceſſu: Viſigothi ui in Romanum imperium facta: his panias omnes & Gallias ultra Rhodanum flumen ſuæ dictioni ſubactas: uectigaleſq redditas: tenuere: Erant autem Arborichi Romanorum tunc milites: quos ſibi Germani cum obedientes facere & ſubditos uellent: ut qui finitimi eſſent: &

Europe deſcriptio.
Hiſpania.
Gallia.
Franci ubi primum habitauerint germani populi finitimi frácis.
Arborichi.
Thoringi.
Burgundiones.
Sueui.
Alemani.

priſtinos uitæ mores penitus immutaſſent: eorum agros aſſiduo populari: & hos copiis uniuerſis inuadere: Arborichi uero cum & uirtutem præſe: & erga Romanos beniuolentiam ferrent: uiros fortes eo in bello ſe preſtiterunt: cumq; his uim inferre germani non poſſent: ſocietatem ut ſecum ſaltem inirent: & mutuo inter ſe facerent connubia precabantur: quas non inuiti conditiones Arborichi mox accepere: Erant nanq; utriq; Chriſtianæ fidei ſectatores: Sic itaq; unum hi coeundo in populum ad maximam potentiam euaſere: Romanorum interea milites aliii qui in Galliæ finibus erant: cuſtodiæ gratia conſtituti: cum neq; Romam redire iam poſſent: nec ad hoſtes: ut arianos concedere: ſe ſecum ſignis: & locum inſuper quem pro Romanis ſeruarent Arborichis germaniſq; prodidere: ac potius mores continenter ſeruatos: ſuos tranſmiſere ad poſteros: atq; adeo ut uel ad hanc noſtram ætatem eodem tenore uel & cultu priſtinos ſeruare ritus non dedignentur. deſcripto namq; ex numero ad id. ferme tempus hi demonſtrantur: quo taxati antiquitus militabant: quandoquidem & ſuis productis nunc ſignis: in aciem prodeunt: ac patriis utuntur perpetuo legibus: Romanumq; habitum: ut in cæteris aliis: ita & Soccis nūc ſeruant enim uero quamdiu Romanis res publ. eadem ſemper & firmior manſit: ad rhodanum fluuium Imperator in gallos potitus imperio eſt: Vbi uero hanc Odoacer in tyrannidem uertit: Tunc demū Viſigothis tyranno hoc ipſo cedente: uniuerſam ad uſq; alpes: quæ a liguribus gallos diſterminant: hi galliam ſuæ ditionis fecere: Odoacro deinde cadente. Turingi Viſigothiq; germanorum uires iam auctas ueriti: nam & hominum abundabant hi multitudine & robore preualebant: atq; adeo ut finitimos omnes apertius uiolarent: Cum Theoderícho & Gothis ut fœdera iungerent ſummo ſtudio nitebantur. Sed Theoderichus eorum repudiata ſocietate cum his tamen coniugia facere haud quaq̄ dedignabatur. Tunc itaq; Viſigothorum duci iuniori Allaricho Teuderuſam filiam eius deſpondit & uirginem. Mernerefrido autem Thuringo & principi: Amalabergam Amalafridis ſororis filiam nuptui tradit: quo factum: ut Franci alienam in ſe uiolentiam ueriti: a Theodericho ne hunc bello per id tempus inceſſerent: abſtinendo: Burgundiones oppugnatum mox ierint. Inter Francos deinde & Gothos: in Burgundionum malum: fœdus

Germanorū & Arborichoꝝ fœdus.

Ro. milites Germanis immixti.

Odoacer.

Gallia in Viſigothoꝝ ptātem Theodorici neceſſitudo cauſa Viſigothis & turingis.

Alaricus.

Teudetuſa.

Mernorefridus

Amalaberga.

Amalafridis.

Franci in Burgundiones.

Gothi cũ Francis coniurant in Burgundiones.

pactioneſq; fiunt hac lege:ut utriq; in hos copias mitterent oppugnatu3:& utri eorum alteris in expeditionem eun. ibus:burgundionumq; euertentibus gentem:ipſorumq; terram in ſuam redigẽtibus poteſtatẽ a conuentis deficerent:uictores ipſi ab his qui ſecum nõ militaſſent:certum auri pondus referrent:ſic bello res captas utriuſq; cõmunes fore. Germanis igitur ingentibus copiis pro initis inuicem cum gothis con-

Gothi perfidi.

uentionibus:aduerſus burgundiones iã prodeuntibus. Theoderichus uerbis quidem ad expeditione3 ſe pparare:de induſtria tamen tempus in belli euentũ extrahere:futurã fortuna3 operiendo:uix tandẽ exercitibus miſſis:prefectis imperat:iter ut ſegniter facerẽt:proinde ſi frãcos uictoriam retuliſſe acceperint:tunc prorſus iter accelerarẽt:Sin uero aduerſi quippiam his accidiſſe didicerint:haud quaq̃ ultra progrederetur:Franci interea cũ Burgũdionibus ſolimanus cõſeruere:& cũ bellatum nauiter eſſet:magna utrinq; fit cedes:nam pede collato ad multu3

Burgundiones a Frãcis uincunt.

diei fortiter eſt prœliũ geſtum. Sed Franci demum ubi in fuga3 hoſtes penitus uertere:in ultimas quas illi incolerẽt terras fugarũt:ubi & fugientibus pleraq; erãt & ualidiora ad receptum preſidia:quæ ſola his ſaluti fuere:cæteris hoſtes potiti:hæc uictoria ubi ad aures eſt gothorum perlata:quam celerrime ad ſocios & uictores ſe cõferendo:ſui preſentiam faciunt:ab hiſq; increpiti quod prœlio non tempore ſuo interfuiſſent:locorum cauſabantur difficultates:paratos ſe pactam pro pœna pecuniam ſtatim dependere:qua ibidem depenſa:terras ex hoſte captas uti conuentum iam antea fuerat:cum uictoribus ptiuntur:qua in re cognita Theoderici prudentia eſt:qui ſine ulla ſuorum iactura:modico auro perſoluto:hoſtium ſibi loca parauerit:hac uia gothi germa-

Franci in Viſigothos.

niq; gallis ſunt in partem potiti:Germani deinde ad priſtinas uiris acceſſione facta:Theoderici nulla habita ratione:& priore illa ex eo qua tenebantur neglecta formidine:aduerſus Alaricu3 & Viſigothos ductarunt exercitum:quod ubi Alaricus comperit Theoderichum ad ſe celerius/e/uocat:qui maximis ſtatim cum copiis ad eum ſuppetias ire con-

Carcaſſio.

tendit: Viſigothi interea poſtq̃ germanos circa Carcaſſionem urbem caſtra habere certiores ſunt redditi:cõfeſtim his obuiam eunt:& poſitis caſtris getos ſe cõtinẽt:ſed cũ in ea obſidiõe tpis plurimũ cõtriuiſſent:tedere hoc cœpit inertię:& egre ferre per hoſtes ſua loca uaſtari:in prędãq; oĩa agi:unde & Alaricũ contumelia & pbris inceſſere:& qd hoſtes

reformidaret: odiſſe: ſuiq; ducis contationem & ſegnitiem crimirari: & identidem affirmare poſſe ſe quidem & ſolos: germanos bello peruin cere: Vnde ſuoꝝ importunitate uictus Alaricus: & ſi haud dum preſen tibus gothis: cogitur ſtatim in aciem aduerſus hoſtes prodire: Sed Ger mani in ea cōgreſſione ſuperiores iam facti. Viſigothorum ui maxima cæſa Alaricū ſimul ducem obtruncāt: & galliis maiorem in partem potiti: Carcaſſionem urbem celerrime obſidēt: ut in qua cōditas eſſe regias opes acceperāt: quas Alaricus quondam & ſenior cū Romam cepiſſet ab ſtulerat: in his ferūt Salomonis fuiſſe pretioſiſſimam ſuppellectile ac ſpectatu digniſſimā ut quam ingentis pretii gemmis ornatā ex hieroſolimis dicūt auexiſſe quondā Romanos. Viſigothi igitur qui eo prœlio ſupfuere Gaſelicum ſpurium Alarici filium principem ſibi pronūti ando crearūt: cū Amalaricus ex Alarici filia natus: puer admodū eſſet. Theoderiche deinde cum gothorum exercitu aduentāte: trepidanter germani obſidionem ſoluerunt: indeq; profecti: eam galliarum & preter rhodanum flumen mox occupant regionem: quæ in oceanū uergit: quos cum loco depellere Theoderichus nil poſſet: ut ſibi haberent quæ iam occupaſſent permiſit: ipſe uero reliquam galliaꝝ tunc partem recu perauit Gaſelico itaq; ſuo fato perfuncto: ad Amalarici nepotem defer tur imperium: cuius ille: ut pueri adhuc procuratione gerebat: Theo derichus uero Carcaſione ex urbe rebus omnibus que ibi gothorum re gibus ſeruabant: ſecum auectis: celerrime Rauennā reuertitur: præfectiſq; & maximis copiis continenter in gallias & Hiſpanias miſſis: Imperium ipſe re ac factis adminiſtrādo tenebat: idq; ut ſibi perpetuo ſta biliret prouidens: earꝫ prouinciarum principes iuſſit: uectigal ut ſibi deferrēt: quo oportune accepto: ne auaritię uideretur intentus: gothoꝝ Viſigothorumq; exercitibus munera in annos ſingulos mittere: eorūq; ſibi animos cōciliare: Vnde temporis progreſſu factum: ut Gothi Viſigothiq; quādoquidem ſub unius imperio eſſent: & terraſq; eaſdem haberent: liberos ſuos mutius affinitatibus iunxerunt: poſt hac Theodis uir gothos quem Theoderichus ut exercitui preeſſet emiſerat: ex Hiſpaniis fœminam nobilē incōiugē duxit & opulentā: ut quæ in pleraq; hiſpanię loca haberēt impiū ex qbus ad duū miliū fere cōtracta hic mi litū manu: uiq; Satellitū cōſtipatus: uerbo qdē Theoderici ꝑ miſſu gothis tunc preerat: re uero tyrannum agebat: cuius rei Theoderichus:

Franci Viſigothos uincunt.

Supelex Salomonis Roma ab lata.

Franci Gallorū parte potiti

Viſigothoꝝ the ſaurus intercīpit Theoderic9

Theodis.

Theodis Tyrānū agit i gallus

& ſi nõ neſcius erat: ueritus tamen ne ſibi impoſterũ eſſet cum ſeruo prę liũ in eundum: & franci ſibi obſiſterent uel aduerſum ſe Viſigothi res forte nouãdo aliquid molirentur: haud quaq̃ Theodim poteſtate priuauit: ſed tunc ductare exercitũ iuſſit: cum eſſet in bellum eundũ: ſeorſum uero cũ gothorum primoribus agit: qui tum forte apud Theodim erãt: illi ut l̃ras darent: monerẽtq; eum iuſte facturum ac ſuæ prudẽtię dignitate: ſi ad Theodericum ſalutãdi ſe gratia cõferat: Theodis uero Theoderici imperata exequi omnia præ ſe ferebat: & animũ uectigal haud dum illi depẽſum: parabat: Rauẽnam uero cõcedere nõ animo inerat: nec ſibi ſcribẽtibus ſe id facturũ pollicebatur: Theoderichus interea ex humanis decedit. Tum franci ut neminẽ rati ſuis conatibus decetero occurſurum: aduerſus Thoringos copias eduxerũt: & illorũ prefecto Hermeneſrido occiſo: hos in poteſtatẽ redactos ſuæ faciũt ditiõis hermeneſridi interea cõiunx cũ liberis latitando ad Theodatum eius germanum fratrem & gothorũ tunc principem uenit. Germani deinde cũ Burgunzionibus q bello ſup fuere manus ſtrenue cõſerũt: & prœlio facti ſuperiores: illorũ quidem tunc principem in preſidio quodã coercitum: cuſtodiendum tradũt. Burgunziones uero ſubactos: aduerſus hoſtem ut bello uictos: ſecum militare mox cogũt: terraſq; omnes quas hi incolebant: ſibi tributarias faciũt. Amalaricus autẽ Viſigothorũ princeps: cũ in uirilẽ iam euaſiſſet ætatem: uiribus germanorum perterritus Theodiberti ſororem germanis imperitantis duxit in cõiugem: galliamq; cũ gothis & Atalarici nepote partitur: Sed pars ea que circa rhodanum eſt: gothis forte obuenit: quæ ultra fluuium erat: Viſigothis in ditionẽ conceſſit. Conuentum eſt tamen ut uectigal per Theodatũ his imperatũ: haud quaq̃ de cætero gothis dependeretur: & res ut preterea omnes: Amalarico ipſi reſtituerentur: quæ per Atalaricum fuerant ex Charſiana urbe direptæ. Cæterum ubi utræq; hæ nationes affinitate inter ſe mutua coierunt: data uiris ſingulis optio eſt: qui in utrauis gente connubia fecerant: utrum mallent uxorem ſectari: an illam ad ſe domum traducere: quo factum ut fuerint pleriq; qui uxores quo animus ferret traducerent & qui alio ab uxoribus traducerentur. Amalaricus demum: ut qui uxoris eſſet germano infenſior redditus: ingenti ex eo calamitate afficitur: uxorem ſiquidem cum integre erga deum fidei ſuſcepiſſet: & alias ipſe arianæ hereſeos eſſet haud

Aſtus Tyranni opprimendi.

Theoderichus moritur.

Franci Thoringos debellant.

Hermeneſridus

Theodatus Gothorum Rex.

Franci Burzundiones penitus uincunt.

Amalarichꝰ Viſigothorũ rex.

Theodibertus Francorũ rex.

Gallia inter Gothos & Viſigothos partita.

quaꝗ ſinebat legitimis hanc & ueris ritibus uti: nec pro patriæ & opti-
ma ſuæ conſuetudine deū ſibi propitiando ut coleret: Vnde cū integer-
rima fœmina in uiri mores cōcedere nollet: & cōtēptui haberi apud hūc
cœpta: atqꝫ adeo ut ferēdus de cætero nō uideretur: Theodeberto fra-
tri uti ſe habuiſſent omnia nūtiauit: qua germanicæ gentes de cauſa Vi
ſigothiqꝫ inimicitias inter ſe cōtraxere: acriqꝫ ac diutino bello inter hos
decertatū. Sed uictus demum Amalaricus cū magna ſuoꝝ iactura oc-
cubuit. Theodibertus uero ſuis cū rebus omnibꝰ ſorore redēpta: galliȩ
partē quantācunqꝫ ſortiti Viſigothi fuerāt: recepit: qui itaqꝫ Viſigotho
rum ex gente bello deuicta reliqui ex ea clade fuere: ex galliis cū uxori
bus liberiſqꝫ a ſuis iam ſedibus exciti: ad Theodem in hiſpaniis tyrāni-
dem exercentē ſe cōtulere: hoc pacto gothi germaniqꝫ potiti gallia ſūt:
Poſtremo gothorū dux Theodatus cū Beliſſariū in Siciliā uenturū iā
crederet: cū germanis pacificatur: ut galliæ portionē quæ gothos con-
tingeret: ſibi haberēt: & aureorū uigintimilia his ab ſe cōditionibus ca-
perent: ut ſibi auxilio forent: & aduerſus Beliſſariū ſecū una ſuſciperēt
bellū. Sed rebus ex cōuento finem haud dū nactis: ſortem Theodatꝰ ip
ſe fatalem impleuit. Interea gothorum nō pauci numero. & uiri quidē
fortiſſimi quos Martias gothus ductaret: eā galliæ partē cuſtodiebāt
quā gothoꝝ eſſe iam diximus: hos tamen Vittiges cum inde tuto excire
nō poſſet: nec francis ad reſiſtendum ſuffecturos putaret: ut galliā ſta-
tim Italiāqꝫ excurſuris: ſi Romā ipſe cum exercitu uniuerſo cōtenderet
gothorum ad ſe primoribus cōuocatis: orationē huiuſmodi habuit: Nō
equidē/o uiri ſanguine mihi propinquiores quæ grata potius ſint ꝗ uti
lia cōmonefacturus: uos huc cōuocaui: ſed ut benigne auſcultando pre-
ſentibus de rebus pro uřa nūc dignitate in mediū cōſularis: his nanqꝫ q
bus facta iccirco nō ex uoto procedūt quia neceſſitati haud quaꝗ cum
opus eſt parent: profecto ut moderari eundem inmodum preſentia uel
le: nil prorſus conduxerit: Cætera quidem ad bellum parata nobis
egregie ſunt: Sed Franci obſtant: quibus iampridem nobis hoſtiliter
aduerſantibus: & ſi cum magna noſtra ut corporum: ita & rerum ia-
ctura ad reſiſtendum tunc uires fuere: cum aliunde nobis nil occurſa
ret hoſtile: nunc tamen cum in alios ire omnino cogimur hoſtes: cum
Francis inceptum neceſſario ſoluendum eſt bellum: & ea primum de
cauſa quia ſi hoſtes nobis ſint hi permanſuri: cum Beliſſario contra

Cauſa exitii Viſigothorum.

Arriana hereſis

Franci pte Galliarum que Viſigothis obuenerat potiuntur.

Martias.

Vittigis orō ad ſuos.

nos arma ſine mora conſociabunt: nã q unũ eundẽ mq̃ habeant hoſtem: ut inuicẽ & beniuolentia cõcilient & fœdera inter ſe iungant rerũ natura ipſa induxerit: Proinde ſi in hoſtiles utroſq̃ exercitus ſeorſũ & ipſi partitis copiis bellũ his intulerimus: id proculdubio relinquet: ut ab utriſq̃ uincamur. Satiꝰ itaq̃ erit ut paulo imminuti: maiorẽ noſtri imperii partem firmius tueamur: q̃ oĩa poſſidere dũ cupimus: cũ totius imperii uiribꝰ: hoſtiũ inſultibꝰ peamus. Cenſeo igit francis ut gallias ſibi finitimas ultro dedamus: & pecunias inſuper omnes: quas Theodatus his ſe daturum promiſerat: non cõcepta in nos odia franci deponãt: ſed nobiſcũ una id bellum ſuſcipiant: Quẽadmodum uero ſuccedentibꝰ rebus recuperaturi gallias ſimus nemo ueſtrũ nunc animo agitet: ueteris nimiq̃ me ſubiit dictum: quod utiq̃ preſentibus rebus ut conſulatur iniungit: hac uittigis oratione Gothorum proceribus audita: & cõducturaquæ dicerentur ſat ratis peractum hæc iri ex ducis ſentẽtia placuit: Extemplo itaq̃ francorum ad gentẽ oratores mittuntur: qui gallias illis & pecunias dederent: ſocietatẽq̃ facerent. Francoꝝ autem duces Ildibertus Theodibertuſq̃ & Clotarius tunc temporis erant: qui galliis ſimul & pecunia a gothis receptis: & his quidẽ pro cuiuſq̃ imperii portione partitis: amicos ſe gothis fore quam maxime profitentur: clam tamen his ſe auxilia nõ ex francis miſſuros: ſed ſubditorum e nationibus aliis: arma uero in Romanoꝝ pernitiẽ gothis ſotiare nullo pacto ſe poſſe: quippe qui paulo ante imperatori promiſerint in hoc bello illi ſe opẽ laturos: oratores itaq̃ rebus ita cõfectis: quaꝝ de cauſa mittebãtur: Rauẽnam mox reperũt: Et Vittiges Martiam præfectum ad ſe ex galliis reuocat: Dum interea hæc agerentur Belliſſarius ut Romanã cõtenderet ſe preparare: unde delectos e ſuis cohortibꝰ uiros trecẽtos hiſq̃ Erodianum preficiens: in Neapolitane urbis cuſtodiam poſuit: miſſis & ad Cumas cuſtodibus quos ſufſecturos ad eius preſidii tutellam rebatur: nam in Campania preter cumas has & Neapolim oppidum: munitꝰ alius erat nuſpiam locus: Cumis incolæ ipſi Sybillæ ſpeluncam oſtendunt in eaq̃ ferũt illã uaticinatam fuiſſe: Maritima autem Cumarum hæc Ciuitas eſt: & a Neapoli centum & duo de triginta ſtadiis abeſt: Beliſſarius itaq̃ ad iter inſtruebat exercitum. Romani autem ueriti ne eadem ſibi quæ & Neapolitanis contigerent: potius longe fore decernunt Imperatoris ut copias in urbem exciperent: idq̃ ut facerẽt cum Beliſ-

Franci dedẽtibꝰ Gothis oibꝰ galliis potiuntur.
Francorũ duces Ildebertus. Theodibertus. Clotarius.
Erodianus.
Cume.

ſarius maxime hortabatur: tum & urbis Romæ Antiſtes. Itaq; ex Me-
diolano urbe in Ligures ſita: oriundum fideliū quempiam: qui Atala-
fodiſſe:& diuerſim mœnia inuadentes:abductis ſuis inde militibus:& in
propugnacula paucis quibuſdam relictis:quicquid in exercitu roboris
erat:apud ſe tenuit:& inferiorem in partem & circa portas:copias om-
nes armatas:enſes duntaxat in manu geſtantes traduxit muro itaq; de
molito:in uarium iam irrumpentibus gotthis:Cypriano Beliſſari9 cũ
aliis nõnullis in eos confeſtim immiſſo:rem aggredi perſtrenue iubet:
tum illis iuſſa mox exequendo obuios quoſq; ex hoſtibus:nec repugnã
tes quidem obtruncant:tam & ſi barbari ſuomet impetu in ipſis ad eua
dendum anguſtiis opprimerentur:hoſtibus itaq; re ſubita conſterna-
tis:incompoſitiſq; & diuerſim palantibus:Beliſſarius urbis patefactis
iam foribus copias undiq; in hos extemplo immittit·Tum gothi nulla
uirtutis uel priſtinaꝝ uirium habita ratione:temere omnes deferri:&
quacunq; his licuit fugam capeſſere·Romani interea fugientes adepti:
Gothi in Caſtra
repelluntur·
poſtrema carpendo cõcidũt:fugaq; hoſtium effuſus facta:ut ſe in caſtra
reciperent:a quibus procul educti:muros oppugnatum aduenerãt:Be
liſſarius deinde fuſis iam fugatiſq; hoſtib9 incẽdi machinas iubet:quas
ſecum detulerant:unde flãma ex his altius excitata:maiorem barbaris
terrorem incuſſit·Dum hęc agerentur eadem belli fortuna ad porta ſa
lariam fuit:ex ea nanq; Romani:de improuiſo in barbaros impetum fe
cerant:quos ferme nil reſiſtentes:ubi iam terga uertiſſent:ſtrenue in fu
gam actos:trucidant:eorumq; ſimul machinationes incedunt:fede iam
trepidantium:ignis preterea circa muros diuerſim in altum euect9 ho
ſtibus terrori fuit·Iamq; diſceſſio penitus & undequaq; erat/a/mœni-
bus facta·Dum clamor horribilis utrinq; exoritur:Romanis partim
qui muris inſiſterent:ſuos hoſtes ad inſectandum hortantibus:partim

gothis eorum quæ paterentur intra caſtra atrocitatem deflentibus:eo die ex gothis triginta milia cecidere ut eorum principes affirmabant: Saucii uero numero ampliore comperti:ut in quos confertos & magna hominum copia cōdenſatos/e/propugnaculis feriretur·Ad hæc accedebat:quod crebris Romani eruptionibus factis:maximam barbarorum trepidantiū partem & fugientiū interfecerāt:& in ea mœniū oppugnatione quæ ab oriēte ſole ad occidētem prœlio decernentes detinuit plurimi ex his ceciderūt:nocte uero quæ diem ſubſequebatur: uigilatum utrinq; eſt:& pro caſtris habitæ ſtatiōes·Sed Romani in muris alacres & ouantes uittoria·Beliſſarium efferre quā maximis laudibus:& potiti hoſtium ſpoliis triumphare·At gothi Saucios procurabant apud ſe quoſcūq; haberent:& mortuos lamētabiliter deplorabant: Beliſſarius interea ad imperatorē litteras miſit:hanc in ſententiā ſcriptas:In Italiā ut iuſſeras uenimus:ad cæteraq; in ea per nos loca recuperata: & Romam recepimus:propulſatis inde iam barbaris:quorum præfectu; nuper ad te Leutarem miſimus·Et quoniam in Siciliæ Italiæq; præſidiis conſeruandiſq; nr̄ę fecimus ditionis:maiorem militum partem neceſſario diſpoſuimus:ad quinq; millia hominum nobis reliqua ſunt·Hoſtes uero cum milibus ſexaginta agmine uno nos oppugnatum uenere· Ipſi uero cum explorandi ob gratiam circa tiberim prodeuntes cogeremur uel inuiti cum hoſte confligere:haud quaq̄ abfuit multū quin telorum ac miſſilium multitudine obruti mortem oppetierimus· Muros deinde barbari cū expugnatū ueniſſent:& machinis his applicaſſent:impetu undiq; facto non plurimum abfuere quin urbem repēte & nos occuparent:infortuna nos quędā & proſpera malis his ſubtraxiſſet:ea nāq; quæ rerum excedunt naturam:non humanæ uirtuti:ſed deo ſunt aſcribēda·Quæ uero ſiue fortuna:ſiue uirtute ad id temporis geſſimus:quā optime habent:Sed quæ geſturi īpoſterum ſumus:per uelim equidē tuis ut rebus ſint plurimum conductura:Quecumq; demum uel explicanda per me decentius ſunt:uel per te facienda:haud quaq̄ clā te ſum habiturus:eius rei nihil ignarus humana hæc ita procedere:ut deo placitum eſt:Verūtamen qui ſummæ rerū principes ſunt:uti ſe geſſerint: uel ignominiā uel laudem perpetuo referunt·Arma itaq; & milites itē per te ſunt ad nos & ea multitudine tranſmittenda:ut aduerſus hoſte; poſſimus paribus uiribus hoc bello conſiſtere:non enim omnia fortunę

xxx·milia Gothorum cęſa·

Beliſſarii lr̄e ad Impatorem·

ſunt pmittenda: quandoquidem nõ eadem hæc ſemper offertur. Te uero o Imperator ea ſubeat cogitatio uelim: idq; animo identidem agites quod ſi nos barbari hi ſuperauerint: & de tuæ Italiæ poſſeſione nũc exciderimus: profecto ad militum futuram ex eo caſu iacturam accedet & dedecus ex re male geſta non mediocre quod nobis aſſiduo inherebat: Omitto id dicere: qđ & Romanis uidebimur pniciem attuliſſe: qui ſuã minoris ſalutem fecere: q̃ erga te preſtitam fidem: unde & nobis illud eſſet forſitan occurſurum: ut parta ad id tempus fœlicitas in materiã uideri quandoq; poſſit calamitatis & infortunii deſiuiſſe. Nam ſi ab urbe Roma & uniuerſa Cãpania: Siciliaq; ipſa imprimis ut pelleremur: cõtingeret: omnium illud nimirum: quod utiq; leniſſimum eſſet malorum nos forte morderet: quod haud quaq̃ ex alieno diteſcere licuiſſet: At qui & illud tibi cõſiderandum: Roma quondam tanta amplitudine urbem multis hominum milibus cuſtodiri haud ſat potuiſſe: locũ ſane maximo ambitu: & nimia uaſtitate: & ut haud quaq̃ maritimum: ita & rebus omnibus neceſſariis interclusum. Romani preterea & ſi impreſentia nobis beniuoli ſunt: malis tamen in longum tendentibus: nulla interpoſita mora cõſulturi ſibi q̃ optime ſunt: Nam qui recens in amicitiam uenerint: non infortunio: ſed beneficiis decenter affecti: ſeruare fidẽ cõſueuere: Accedit preterea quod penuria rei frumentariæ & fame: coguntur: quæ minus uelint ut faciant: Ipſe uero cum me ſatis intelligam tibi mortem debere: profecto cum uita nemo me hinc deturbabit: aduerte tamen quid nam ſit gloriæ tibi Beliſſarii mors hæc allatura his finem

Iuſtinianus nouas copias mittit in Italiam.

ẽpiſtolẽ tũ demũ feciſſet: formidine imperator ingenti pculſus: copias: & naues contrahere: & quibus uis modis diligẽter ſatagere cætera itaq; reuocatis unde quaq; militibus: Valerianum & Martinũ prefectos ad ſe uenire celeriter mox iuſſit: & in Italiam ocius nauigare. hi uero tum in poſtrema greciẽ partem cum claſſe ueniſſet non enim nauigatione p̃teruehi poterant: in Etoliæ locis & Acarnaniæ hibernarũt: Cuius: Claſſis profectionẽ cum Iuſtinianus Beliſſario ſignificaſſet: Longe hũc plurimũ & nõ minus Romanos ad ſuſtinẽdam proptius obſidionem erexit. Dum hæc interea agerentur Neapoli aperte id contigit. Theoderici gothorum quondam regis in foro ipſo imago erat: lapillis ſectilib9 quadratiſq;: uarioq; colore: infectis compoſita: huius imaginis caput: ad huc Theodericho ſuperſtite neſcio quo caſu defluxit: derepẽte & ſua

Valerianus.
Martinus.

Theoderici Gothorum regis. Statua Neapoli ex Teſſeridato.

ſponte depulſa lapilloꝝ compage:unde mox ſubſecutum:ut Theoderi
chus uitam finiret:poſt annos deinde octo·lapilli qui imaginis eius uẽ
trem effigiabant:cum eundem inmodum protinus excidiſſent: Athala
ricus Theoderici ex filia nepos:fato ſuo defungitur:Paulopoſt labenti
bus circa pudenda lapillis:Amalaſſuntha Theoderici filia ex huma-
nis exceſſit·Gothis itaqꝫ obſidentibus urbem/a/femoribus ipſis ad imos
eiuſdem imaginis pedes:Lapillorum cõpages omnis dilabitur:& ima-
go tota ex pariete pęnitꝰ aboleuit:Qua ex re ſunt Romani interpretra
ti·Imperatoris exercitũ bello hoc fore ſuperiorem:nec aliud præ ſe fer-
re Theoderici pedes collapſos:niſi populum ipſuꝫ:cuiꝰ pre fuiſſet:Vn-
de in optimam hi uel ex eo ſpẽ peruenere·Tunc & Patritii quidam Sy — Sybillæ carmen
billæ dicta inmediũ proferebant:aſſeuerantes ad Iulium uſqꝫ menſem
ciuitatem indiſcrimine fore:& neceſſarium poſtea ut Imperator tunc
quiſpiam Romanorum exiſtat:Cum demum Roma nil geticum ex-
timeſcet·Geticam quippe gothoꝝ hi natione eſſe affirmant:quintũ mẽ
ſem Iulium eſſe:quem Sybilla rebus his terminum prefixiſſet: tum q̄a
martio menſe obſideri ſit ciuitas cępta:poſt quem Iulius quintus ſubſeq
tur mẽſis:tum etiã quia Martiũ ante Numæ Pompilii regnum:primũ
hi ducerẽt menſem·Sed cũ apud Romanos mẽſibus undecim annus con
ſtaret·Iulius quintilis ab his dicebatur:nil tamen ad Sanitatem Roma
ni hæc de Sybillæ uaticinio ſentiebant:Quandoquidem nec imperator
his eo tempore erat:& poſt annum ſoluta obſidio ſit:& rurſum Ciuitas
eſſet:Totylla gothis imperitante:in eadem diſcrimina recaſura·Iã ue-
ro unde digreſſus ſum redeo:Gothis itaqꝫ/a/ muris quos oppugnarant
repulſis:peruigilium ut ſupra iam diximus:utrinqꝫ factum·In ſequen
ti autẽ die Beliſſarius Romanis edixit:Vxores ac liberos & imbellem
cętera multitudinem ab urbe Neapolim tranſportarẽt:& cuꝫ his ſimul — Inbellem turbã
ſeruicia q̄ ad murorum cuſtodiam minus neceſſaria ducerent:ne cæte- — emittit Roma
ri in cõmeatus penuriã:uitæqꝫ diſcrimen uenirent:id ipſum & militibꝰ — Beliſſ.
ut facerem imperat:ſicui forte ſeruus ſeruaue eſſet:non enim poſſe ſe aſ
firmabat in ea obſidione & diuturna:ex priſtina conſuetudine ſibi com
meatus prebere:ſed neceſſe fore in ſingulos dies dimidiatã uictus ob ſe
portionẽ ut caperẽt:pro reliqua uero:pecuniam:Tum omnes:ut iuſſi
erant rem peragunt:Iamqꝫ ingens mortalium turba in Campaniã ſta-
tim contendere:& nauibus alii quas Romano in portu nacti forte tunc

fuerant:eodem ire:Sed qui iter pedibus faciebãt:uel equis deueherẽt appia uia:qua nullũ ab hoſtibus diſcrimen aut timor impenderet:per rexere:non.n.poterant uniuerſam barbari ciuitatem:copiis undiq3 circũplecti:nec parua manu/a/munitionibus procul abſcedere audebant: hoſtiũ ueriti incurſiones:Vnde obſeſſis ad aliquod tempus:magna fuit ad excedendũ urbe licẽtia:& aliunde neceſſaria importandũ:noctu tñ & precipue barbari dum ingenti afficerẽt formidine:cuſtodias factitare:& incaſtris quieſcere:Siquidẽ ut Romanoꝝ pleriq3 ita & Maurusii milites frequẽtius erumpendo:ubicũq3 hoſtes dormientes deprehenderent:uel iter forte habẽtes:ut fieri in magno exercitu ſolet: exceptos mox obtruncabãt:lectiſq3 ex hoſtibus ſpoliis:& ſi nõ nunq̃ per ſequẽtib9 barbaris:curſu citato ſeſe in tutum recipiebant:ut qui miræ eſſent ſuapte natura uelocitatis:& leuioribus armis muniti fugiendo q3 hoſtẽ preuerterent.Qui itaq3 iam urbe exceſſerãt:in Campaniã partim ſe cõtulerunt:in Siciliam partim auecti ſecedunt:aũt quo quiſq3 abire comodius potuit.Beliſſarius autem cũ militũ numeꝝ muroꝝ ad ambitũ obſeruandũ minime ſuffectuꝝ putaret:ut qui per pauci:ut diximus eſſẽt nec iidem ſemp cuſtodias facere in omnes poſſent:ſed tẽpore quidã ſuo & neceſſario capeſſerẽt Somnum:& in cuſtodiis alii diſpoſiti eſſent: ac

Ciues armãt: neceſſariis iam prorſus carerẽt:cum ciuibus eos & priuatis hominibus qui militiã exercerent immiſcuit:diuiſitq3 incuſtodias ſingulos:in mercedem certius aliquid priuato cuiq3:& ſi imbelli:pollicitus: hoc pacto conflatæ cohortes:quæ ad murorum eſſent cuſtodiam ſuffecturę:& per

Suſpecti eiiciũtur. uices hos cuſtodirent:Sic factum ut tam ciuibus Beliſſarius q̃ militib9 ipſis inopiam ſolueri t.deinde oborta ſuſpitione:Siluerium urbis Ro

Siluerius papa eiicitur. mæ pontificem defecturum ad gothos:hunc quidem confeſtim tranſmi

Vigili9 ſufficiẽ ſit in greciam alteꝝ uero quẽpiam illi ſuffecit Vigilium nomine:nec ſecus & alios quoſdam:& hos Senatorios uiros:cum eadem de cauſa exterminaſſet:ſoluta deinde obſidione:& recedentibus barbaris:ad ꝑpria

Maximus. reuocauit:quos inter & maximus erat:cuius & proauus Maximus aduerſus Valentianũ eiuſdẽ comptus eſt criminis.Sed uerit9 iam Beliſſarius:nequis forte cuſtodum ad portas inſidiarum aliquid molirẽt:uel externus alius quiſpiam pecunia ſubornatur us ad hos clam uentitaret

Diligẽtia ad uitandã ꝓditiões. bis in ſingulos menſes deſtructis omnibus portarum clauibus: in aliã formã:& apriori longe diuerſam:alias denuo facere:cuſtodeſq3 ipſos a

prīmis cuſtodibus procul ſtatuere: haud ſecus in muro & cuſtodiis ip-
ſis in ſingulas noctes alios quoſdam preficere: quibus id erat iniunctum
muros frequentius obeundo: nomina uiciſſim cuſtodum deſcriberent:
& ſiquis forte abeſſet alium mox ſuſtituerent: ſibiq; demum nomina-
tim referrent: qui forte tunc a cuſtodiis abfuiſſet: ut decenti uelocius
pęna afficeret: & ad uigilias ut eſſent attentiores iuſſerat muſicis inſtru
mentis ut artifices ipſi per noctem in mœnibus uterentur. Milites prete
rea quoſdam Sed non maruſios illos: noctu emittere: quibus ad foſſas
erat aſſiduo pernoctandum: cum hiſq; & canes: ut nemo uel e longin-
quo: mœnia inuaſurus lateret: per id tempus Romani quidem Iani fa-
num aperire: foribus ui occulte illata: temptarunt. Hic Ianus deorum
antiquiſſimus fuit: cuius foro in medio & exaduerſo capitolii Sacellum
extat: paulo ſupra eum locum quem nunc Romani tres parcas appellāt
Id uero Iani ſacellum totum ex ære conſtructum fuiſſe ſat conſtat: & q̄-
drata quadam dimenſione locatum: tanteq; amplitudinis: quanta inte
gi Iani ſtatua poterat: quæ utiq; & ipſa cum ænea ſit: non minor q̄ quin
q; pedalis eſſe apparet: per cætera omnia mortali ſimilis: capite dunta
xat bifrons ita ut facies altera in orientem ſolem diuergat: in occidentē
altera portæ. utrinq; & æneæ in faciem alterutra uerſæ: quas ferme in
pace & proſperis rebus: occludi Romani ueteres quondam inſtituerūt:
contraq; aperiri dum interea bellus his eſſet: Sed Chriſtianæ fidei diſci
plinam: & ſi uſpiā alii unq̄: Romani precipue ſunt uenerati: Vnde has
Iani portas: pinde neglectas: ne bellantes quidem aperuere. In ea tamē
obſidione nonnulli: uetuſtæ illius: ut reor: opinionis & cultus memores
facti: eniſi clam ſunt patefacere: haud tamen omnino id exequi potuerūt
niſi eo tenus ut fores uim paſſæ non inuicem ſic cohererēt: ac antea arcti
us coheſiſſent. Latuere tamen qui aggreſſi id facinus fuerant: nulla eius
rei: ut in tanta omnium perturbatione: habita quæſtione: quippe cum
nondum ad principes ipſos id delatum fuiſſet: Vittiges uero tunc pri-
mum ira & indignacione accenſus: & inops iam prorſus conſilii: Satelli
tibus nonnullis Rauennam dimiſſis: Romanos ſenatorii ordinis omnes
quos obſidum loco in huius belli principio eodem ſecum abduxerat: in-
terfici iuſſit. Sed ex his re ſtatim pręcognita: paucis quidem euadendi
facultas & oportunitas fuit: qui demum delati in ligures apud hos
permanſere: cæteri affecti ſupplicio mortem oppetiere: his peractis

Muſica inſtrumenta in Muris noctu.

Canes extra urbem.

Iani Sacellum ubi & quale.

Tres parce.

Porte Iani.

Ro. Chriſtianiſſimi.

Ro. patricii ab Gothis interficiuntur.

Vittiges nimirum hoſtibus ocii & libertatis tributum ratus: ita ut ex
urbe quæ uellēt licētius aſportarēt: & neceſſaria terra mariq; inuehe-
Portus Ro-
rent: Locū quem portum dicunt Romani: preoccupare aīo deſtinat: q
ferme ab urbe centū: ſexq; & uiginti ſtadiis abeſt: hac tantula & ſola in-
tercapedīe: ne maritima ſit urbs Roma dirimit: Eſt aūt ea in regiōe hic
locus: qua tiberis fluuius exitū habet: q ab urbe delatus: ubi proximus
Inſula ad oſtia Tiberina.
mari ſtadiis quindecim fit: in brachia bina dirēptus: quam ſacrā inſulā
uocāt: cōplectitur: quæ utiq; & flumine fit pcedente patētior: ita ut cū
longitudine ipa: latitudinis dimēſio ęqua cōſtet proportione. Sed flu-
minis interſciſſus ille & utrinq; defluxus: ſtadiorū quindecim interual
lo defert: tiberis utraq; ex parte inſulę nauigabilis eſt: ſed eo ex latere
Vrbſ ſtructa ad portum.
quod ad dexterā uergit: per portuȝ in mare immittit. Vbi & priſci illi
Romani ad ripā urbem ſtruxere: muro pręualido circūcinctam: & a por
tu ipo illi quā proximo denominarūt. Ad lęuā autem & ex altera parte
Oſtia.
qua in mare is influit: hoſtia Ciuitas adiacet: fluminis & hæc ripę conti
gua: magni quondā apud priſcos mōmēti: nūc uero nullis mœnibus cir-
cunducta: A portu uia: recta ad urbē ducit: plana quidem & priſus nil
impedita: hanc a principio Romani cōſtrarunt: hoc in portu naues ex
Boū copia ī portu.
compoſito: onerarię aſtant: & boum uis ingens parata quā proxime: nā
mercatores: cū ex alio orbis tractu in portū hunc ſe nauibus cōferūt: one
ribus in actuarias naues & ad fluminis naturā cōſtructas: depoſitis: p
tiberim Romā adnauigant: nō uelis uſu uel remis: quādoquidem nullo
Naues Tiberi ad Vrbem bubus trahibatnur.
uento impelli hac poſſunt nauigia: circūflectente & crebro quidē deflu
mine: & ad multū ſpacii tortuoſis ſinibus dilabente: & remorū in eo nul-
lis eſt uſus: aduerſis undis in nauigātibus: Sed laqueis ad onerarias il-
ligatis: & boum deinde ad colla ſuſpēſis: ueluti plauſtra Romani uia
Via Portuenſis
portuenſi has pertrahunt: Ex altera uero fluminis parte ad urbem ex
hoſtia pertiēti: uia paluſtris eſt & limoſa: meabilis tamen nō ripe tibe
Portū occupant Gothi.
ris proxima: atq; adeo nullæ hac naues trahuntur. Gothi igitur portū
urbem cum ſine preſidio & cuſtodiis deprehendiſſent: non enim in por
tis ſtatio excubabit: non in muris armati erant: Romana pleriſq; ex co-
lonia trucidatis: confeſtim cum portu ipſo hanc occupant: ac mille ibi-
dem ex ſuis ad cuſtodiam loci dimiſſis: cæteri in caſtra ſe receperunt:
quo factum ut ea in regione: nihil omnino ad obſeſſos ex mare
deuehi ſubſidii poſſet: ni ex hoſtia forte fuiſſet: magno labore

& periculo ingenti deuectū:nec quoq̄ pacto ad locū eundem decætero
exalto ſubduci poterant naues:Sed ad Antiū ſtationem habebant:quę
Ciuitas diei iter ab hoſtia diſtat:undeq; onera rerum neceſſariaꝝ & cō
meatus ad urbem uix deferebant:cuius rei hominū paucitas cauſa erat
Beliſſarius nāq; cu; urbis mœnibus timeret q̄ maxime:portū neglexe
ratut nullis cuſtodiis ꝑ ſe cōmunitum·Crediderim tamen ſi trecentoꝝ
hominū impoſuiſſet ei loco preſidiū:nunq̄ hunc barbaros aggreſſuros
fuiſſe:quia ſuapte natura munitiſſimus eſt·hæc uero gothi triduo cōfe⸗
cerūt a/mœniū oppugnatione die uigeſimo:Martinus interea Valeria
nuſq; ad Beliſſariū ꝑuenere:milites mille ac ſexcētos ductantes:quorū
pars maxima unni erant Sclauini Antęq;:qui trans hiſtrum fluuium
nec procul ab eius ripis incolunt loca:Beliſſarius uero ex eorum aduen
tu lętitia ingenti affectus:cū hoſtibus prœlio decernēdū cēſebat:Vnde
e ſuis armigeris Traianū quēpiā iubet:prudentē ſane & induſtriū ui⸗
ru;:ſcutatis equitibus ducētis ſecū deſumptis:recta aduerſus barbaros
ducere:Cūq; uno agmine omnes ad eoꝝ caſtra ueniſſent:tumulum ut ꝓ
pinquū conſcenderēt monet:eodēq; ſe continerēt:quod ſi in ſe impetum
hoſtes feciſſent:nullo pacto cū his cōſererēt manꝰ:nec gladios aduerſus
eos nec tela deſumerent:ſed ſagittis dūtaxat inceſſerent:quibus deficien
tibus effuſe & plane intrepide capeſſerent fugā:curſuq; ſe intra muros
reciperēt:in q̄bus ipſe ad ſagittandū tormēta parata habebat:& artifi⸗
ces ſimul eius artis ꝑitos:q ſtatim ubi barbaros Romanis interga herē⸗
tes uidiſſent:e/mœnibus ſagittis & machinationibus aliis hos infeſtarēt
Traianus deinde:ut imperatā illi iam fuera::cū ducētis eq̄tibus porta
ſalaria ad hoſtiū caſtra cōtendit:tū barbari horū audacia obſtupefacti
& re ſubita animo cōſternati:e caſtris utcuiq; licuit:uel imparati ī Ro
manos impetū facere:ac ſuis opitulari·Equites uero Traiano hortante
in ſcenſo confeſtim quem his Beliſſarius oſtēderat colle:de loco ſuperio⸗
re ſagittis in ſubeuntes crebro immiſſis:hoſtem ferire:& aſcenſu enixius
prohibere:& quoniam intantam hominum equorumq; multitudinem
emiſſe cominus incidebant ſagittę:multis & ſuis cum uulneribus hoſtes
admitebantur incollē euadere·Equites uero Romani faretris tandē ꝑ
ſus euacuatis:confeſtim retro ſe uertere:& ad urbē barbaris inſectanti⸗
bus effuſo curſu contendere:ubi uero ad muros eſt proxime uentū:q in
his poſiti erant intractandis bellicis tormentis edocti:Gothos miſ⸗

Antiū q̄ lōge ab Oſtia/

Auxilia ab Imperatore miſſa Romā applicāt
Vnni·
Sclauini·
Antę·
Traianus:

Quo aſtu hoſtes eliciat in certa/mēn Beliſſ.

ſilibus laceſſendo uulnerādoq; ab inſectādi ſtudio repreſſerunt· hoc in
Crebro cedunẗ Gotthi· — inſultu ex barbaris nō pauciores q̄ mille cecidiſſe tradunẗ: paucis poſt
diebus Mundillā quēpiam Beliſſarius: & hunc quidem ſuū armigeru3
& Diogenem: fortiſſimos bello uiros: cū ſcutatis eq̄tibus trecētis ipſum
id facere iubet: & eadē arte hoſtē impetere: qui iuſſa ex templo du3 exe
quunẗ: nō minorē ex hoſtibus partē: ſi non forte maiorē: par iaſtu truci
dant: poſt hos & Oilandū cum trecentis delectis in hoſtem immiſit: ut
ſimili hunc clade afficeret: q; re ſtrenue geſta: haud quaq̄ ꝑfecti opinio
nem aut uota fefellit: tribus itaq; Beliſſarius incurſionibus in barbaros
factis: ad quattuor milia hoſtiū interfecit· Vittiges aūt ut qui nil ſatis
calleret in ductādis exercitibus: q̄d potius eſſet: armis ne copias cōmu
nire: an in bellicis rebus rectiora exercere cōſilia: ꝑ q̄ facile ſibi ꝑſuade
bat: hoſtē & ſe haud ſecus poſſe incurabili iactura afficere: ſi huic modi
cis copiis inſultaret: unde equites quingentos emittit: muriſq; iubet ap
propinquare: & quęcūq; ipſi ab hoſtibus fuiſſent perpeſſi: in eorum uni
uerſum exercitum facere: hi itaq; cum ad locum quendā editiorem ue
niſſent: nec longiore ab urbe interuallo q̄ quod extra ſagitte iactum con
Gothis multis ꝑliis uincunẗ· — ſiſterent: Beliſſarius uiris mille delectis: Beſſtoq; illis prefecto: uno ue
agmine ducerenẗ mox imperat: tum illi a tergo hoſtibus cōparentes: eo
rum terga dū cedunt: ex his quā multos obtruncāt: ceteros deſcendere
in campū cogūt: ubi poſtq̄ aduerſis uiribus & pede collato pugnatū eſt
gothoꝝ pars potior cecidit: pauci admodum qui reliqui bello fuerant:
uix fugientes ſua ſe in caſtra recipiūt: quos ut ab imbellibus uictos cum
Vittiges caſtigaſſet: reſarcituꝝ ſe alioꝝ opa ſuoꝝ iacturam pollicitus:
ut quieturus aliquādiu tunc uidebatẗ: poſt diē autem tertium: delectos
ex oībus caſtris uiros q̇ngentos: opam ut in hoſtes nauarēt ſuapte uirtu
te dignā: hortatur: quos ut primum propius aduectaſſe Beliſſarius ui
dit uiros mille & q̇ngentos: Martinū Valerianūq; cū his ſimul ꝑfectos:
cōfeſtim i hoſtes mittit: equeſtriq; prelio ſtatim inito: Romani q̄ hoſtes
numero ſuparent: ſine ullo labore ifugam hos uertūt: ad unūq; fere oēs
occidūt· Gothi uero ia3 tertio clade affecti: & ſuis totiēs occiſis iā copiis
aduerſari ſibi omnino fortunam rebanẗ· Quādoquidē & ſi ante hac mul
titudine abundaſſent: a paucis tamen deuicti nūc hoſtib9 ſint: & modi
cis rurſum cum hos copiis inuaſiſſent: occidione fere occiſi perierint·
At Romani Beliſſarium eius ob prouidentiam & bellicam artem:

publice laudare:& miraculi loco in eo uiro uirtutes has ducere:Scorſũ deinde amici ab eo & ſedulo rogitare:quibus/nã argumẽtis ea ex die q̄ hoſtes fugaſſet in ſpẽ bonam ueniſſet:omnino ſe gothos debellaturũ:tũ ille ad ea reſpondẽs:uel a principio dixit:ubi primũ tam paruis copiis cũ gothis manus conſeruiſſet:aperte ſe periclitatum fuiſſe:quantũ eſſet in utroq; exercitu per id tempus diſcrimen:idq; certius ꝑuidiſſe:Qui ſe ex ęquo uires cũ uiribus cõparentur:ſe haud quaq̃ exiſtimare hoſtiũ multitudinem non ſuorũ paucitatem deuaſtaturã:ſed in eo differre exercitus ipſos quã maxime quia Romani omnes fere:& unni his ſocii ex equis archus inſinuare:ſagittaſq; in hoſtem immittere quaʒ optime norint·Gothorum uero nemini unq̃ id ſtudii aut curæ fuiſſet: ſed equites ipſos ſatis conſtare telis dũtaxat & gladiis uti cõſueuiſſe:iſtorum preterea pedites ipſos & ſagittarios ab armatis protectos in bello cõſiſtere:equites uero niſi cominus prelient:cũ nihil habeãt quo ſe ab hoſtibus tueantur:quibus/e/longinquo ſagittãdi ſit uſus:facile ictos perire: pedites ꝑinde incurſiones in equites facere haud ſat cõmode poſſe:Inde factũ deniq; affirmabat quod per Romanos fuiſſent ſepius barbari ſuperiorib⁹ pugnis deuicti·Gothi interea ubi his altius animo inſedere:quę ſibi nil proſpere eueniſſent:ne parua quidem cum militum manu ad męnia urbis procedere:nec hoſtes quidem uel ſibi infeſtos decętero inſectari:ſed id tantum eniti:ut ſuis hos/a caſtris propellerent:Romani demũ ex rebus iam proſpere geſtis inflati uniuerſas gothorũ copias præliando inuadere geſtiebant:cũ hiſq; cenſebãt acie decernendũ iam eſſe:Beliſſari⁹ tamen:magnũ utriuſq; exercitus ad huc eſſe diſcrimen ratus:tergiuerſando ante hac ſemper id diſtulit:ne ſummę rei periculũ faceret: uel uniuerſis copiis cum hoſtibus decertaret:ſed incurſionibus barbaros infeſtare ꝑcipue nitebatur:hiſq; ſedulo niti animo agitarat:Popq̃ uero ab uniuerſo exercitu & item Romanis:eius ob id auctoritatem inminui: nec magni fieri animaduertit:mutata ſentẽtia cũ oibus copiis incundũ ſibi pręliũ eſſe decernit:& alioqui ex incurſionib⁹ depugnarę:idq; ut faceret quãdoq; aggreſſus:ſepe interpellat̃:ac demũ cogit̃ intermittere: cũ hoſtes ea dere factos iã antea ꝑtrãſſugas certiores: paratos eſſe ad ꝑliũ cõperiſſet:Vñ aperto marte cũ hoſte decernere:tãdẽ aĩo deſtinat:Iã q; in aciẽ conſtiterant barbari:ſuo more inſtructi:Exaduerſo & Beliſſari⁹ ſtabat:ſuis cũ copiis ad bellũ paratus:q ſtatim ad ſe omnibus ſuis militi

Victoriã unde ſibi Beliſſ· ſit pollicitus·

Sagittarii quãti fiãt a Beliſſ·

Pugne auidi Roma·

Pugnam detrectat Beliſſ·

Inſtruit̃ utriq; Pugna·

Oratio Beliſ. ad ſuos.

bus conuocatis: orationē huiuſmodi habuit. Non equidem quod ueſtrī
mollitiē improbarē/o/uiri conmilitones: uel hoſtium horreſcerem ui-
res: cū his pugnam capeſſere ante hac diſtuli: ſed quia nobis ex incurſi-
one in hos decertantibus res proſpere ſuccedebant: cauſam rei bene gerē
dę ſeruandā aſſiduo eſſe exiſtimabam: nam ea quibus preſentia prouo
tis ꝓcedūt: uelle aliter immutare: profecto inutile duxerim: nunc uero
cū uos apertius uideam promptiſſimis animis in id diſcrimen ituros: ī
ſpe optima ſum: nec quoq̄ pacto ueſtrā hanc animi promptitudinē re-
morabor: Sat. n. calleo maxima in bellis momenta bellātium uolunta-
tem ſortiri: iſtorūq; ad pugnā dum animus propenſior eſt: quā multa
ex officio geri cōſueuiſſe: Qui autē pauci uirtute inſtructi: maximas q̄
ant hoſtium copias profligare: nemo nō ueſtrū intelligit nō auditione
ꝑcipiendo: ſed experientia ipſa quotidiana certamina ineundo: ne itaq;
ueſtrę priſtinæ militiæ gloriam uel ſpem ex ūra hac animi magnitudi
ne cęptā dehoneſteris: In uobis ſitū erit/o/milites: Vniuerſa nanq; ꝑ uos
hoc bello iam antea geſta ſuo hæc dies euentu decernet. Vobis ꝑterea:
quātū ꝓuidere aīo poſſuꝫ uel ꝑ̄ſens id tēpus opitulabitur: qđ utiq;: ubi
ūris preteritis & egregie factis: hoſtiū ſubacti ſunt animi: facilē uti par
eſt: ex his uictoriā conferet: nā quibus ante hac ſepe: nil proſpere peri-
clitādo & ſatagēdo res ſucceſſerūt: haud quaq̄ de cętero ſolēt rem fortius
gerere: equis uero ſagittiſue: uel armoꝝ cuius generi ueſtrum nemo ut
parcat uelim: ipſe nāq; pro omnibus hoc bello deperditis: alia & potio

In Pugna ſiquis qd amiſerit redditurꝫ ſe polliceret Beliſſ.

ra reſarciam. his paucis Beliſſarius ſuos hortatus: inter Pincianā & Sa
lariam portam eduxit exercitum: nō multis primo in cā poſ neronianos
abire iuſſis: quibus & Valentinum preficit equitū turmę ducem: cui in
iunxerat: ne pugnæ initium faceret: nec hoſtiū caſtris appropinquaret
ſed prę ſe ſpeciē terret: hos ſe aſſiduo iuadēdi: quod utiq; icirco agebat:
ne ex barbaris quiſpiā ea/e/regione pontem ꝑtranſeundo ſuis ire ſuppe
tias poſſet: qui in caſtris aliis cōſtitiſſent: nā cū barbaroꝝ neronianis in

Aſtus Beliſſ. ad hoſtes diſiūgendos.

campis uis maxima conſediſſet: ut ſupra iam diximus: ſatis fore Beliſſa
rio uidebať: Si hi aliquādiu interpellati: diſiungi/a/cętero exercitu poſ
ſent: ne ꝑ̄lio intereſſent. Romani interea dum plebei quidam armis de-

Opifices & Imꝑitos belli amouet ad exercitu Beliſſ.

ſumptis in aciē ſequi euntēꝫ Beliſſariū uellēt: nullo ꝑ eum ſunt pacto ꝑ
miſſi: cęteris ſe ut copiis īmiſcerent: ne forte cum in medio certamine fo-
rent: belli diſcrimine territi: uniuerſum turbarent exercitū: Opificum

nimiꝝ id agmen erat:& rei bellicæ imperitoꝝ:hos tamen omnes ultra
portã Pancratianam:ſupra tiberim poſitam:phalange facta locauit·q
eturos ſibi tãdiu quo ad ipſe his ſignũ dediſſet:quod poſtea accidit ſuſpi
catus:ſi hos cõſpicati fuiſſent:nil au'uros hoſtes ſuis caſtris relictis cum
altero ſuoꝝ exercitu ſe oppugnatũ uenire·Vſui p̃terea forerebaꝰ:idqꝫ
permaximi faciebat:ſi tanta multitudine hoſtes:nõ una ſe in caſtra con/
iungerent·Placuit itaqꝫ ea ut die equeſtre prelium fieret:quãdoquidẽ
ſuo expeditatu pleriqꝫ cum eo perſiſtere ordine nollẽt:raptis ex hoſtibꝰ
equis:cum equitandi eſſent prorſus nõ imperiti:iam eqtes fierent:Pe/
dites uero ex his qui reliqui fuerãt:cũ nec phalange de ſe præ eoꝝ pau/
citate cõficere poſſent:nec cũ barbaris manus cõſerere auderẽt:ſed in ſu
gam daturi ſe primo cõgreſſu fuiſſent:haud quaq̃ uiſi Beliſſario ſunt q
tuto poſſent & procul a muris cum hoſte pugnare:unde q̃ proxime ad
foſſas manere iniũxit:ut ſi equites forte Romani terga barbaris darent
fugiẽtes ad ſe illos exciperẽt:& cũ his ſimul ut integri & florenti ætate
iuuenes prælio reſtituto in hoſtes pugnarent:Pigripius interea/e/ſatel
litibus qdam:uir ſane ſtrenuus:piſſidius genere:Tarmutuſqꝫ iſaurus
Enni iſauroꝝ prefecti frater:Beliſſarii cũ in conſpectũ ueniſſent:hmõi
hunc ſunt uerbis affati·Omniũ optime princeps:Noli copias que ſumꝰ
cũ hæ tibi p paucæ ſint:& barbaroꝝ infinita ſit cũ multitudine cõflictan
dum:a/peditum phalange ſeiungere:nec Romanũ duxeris peditatum
iniuria quoq̃ pacto afficiendũ:per quẽ priſcis Romanis imperium ad
id magnitudinis propagatum accepimus:Nã ſiquid forte hoc bello ha
ud quaq̃ p hos ſit nauiter geſtũ:nõ ipſoꝝ id uel ignauie uel formidinis
eſt argumentum·Sed duces ipſi nõ immerito ſunt incuſandi:q ſoli eqs
in aciẽ uecti:cũ minime dignarenꝰ:belli una cõmunem fortunã ſubire:
prius fere q̃ ſit certamen initum fugã capeſſerint·Ipſe quidem peditũ
duces omnes iam uides equites factos:ut qui nõ dignũ ſe putent cũ ſuis
peditibus:pedibus in aciẽ ire:in alioꝝ ergo equitum numero peditum
duces iſtos cõſtitue:nobis uero peditatũ pmittito:in certamen ductãdũ
Cum·n·nos pedites ſimus:hoſtium multitudinẽ ſuſtinebimus:ſpe opti
ma freti:ut cũqꝫ deus gerirem ſiuerit:hoſtes nos poſſe iactura afficere:
his Beliſſarius auditis:principio qdem haud quaq̃ illis poſtulata per/
mittere:hos nãqꝫ cũ bellicoſiſſimi eſſent:ac fortiſſimi uiri:ingenti amo
re proſequebaꝰ:Vnde haud ſatis placebat:cũ multis ut pauci certamen

Cur peditẽ non educat i pugnã Beliſſ·

Pigripius piſſi/dius·

Tarmutas Iſaurius·

Prefectoꝝ uerba ad Beliſſ· ut peditẽ educat·

Romani ſolo fere pedite rẽ geſſere·

mirent. Demum eorum precibus fatigatus ac promptitudine uictus: paucis ſupra portas & in propugnaculis ad munitiones & tormēta tra-

Peditū acies inſtruitur.

ctanda dimiſſis: Cęteris Pigripiū Tarmetūq; duces ex ordine ſequerentur iniunxit: ne forte hi periculum reformidantes: cęteras copias ꝑturbarent: & ſi qua forſan in fugam equitum pars ageretur: haud ꝓcul ipſi ſecederent: ſed hos ad ſe deniq; recipientes ſtrenue tuerenť: & in hoſtem ſuos inſectantē conuerſi preliū mox reſtituerent. Vittiges uero gothos qui circa ſe erant uniuerſos armauit: nemine prorſus ꝑter imbelles quoſdam in caſtris dimiſſo: & his quidem qui in campis erant neronianis: &

Vittigis oro ad ſuos.

ſub Marcia duce: e ueſtigio imperat: ſuo ut loco manerent: pontēq; diligentius cuſtodirent: ne ea ſe de repente inuaderēt hoſtes: ipſe uero cætero ad ſe conuocato exercitu: profatus hmōi eſt. Veſtrum forte nōnullis uideri poſſu; Imperio huic meo extimuiſſe: atq; adeo ante hac ſepe uos ſim ad fortitudinem cohortatus: & nunc ut ad optime audendū uos excitem: cōcionaturus aduenerim: Et id quidem haud longe ab humani ingenii cōſuetudine ex uobis quida; animo forſitan agitarint. Solēt nāq; homines rudiores & imperiti: erga hos quorum indigeant opa: māſuetudine uti: uel ſi longo ſint interuallo inferiores: aliis uero aditu difficiles ſe prebere: quoꝝ nō opus habeant miniſterio: Mihi uero nec uitę finis: nec imperii eſt ammiſſio curę: Cuperem equidem uel hanc porfiream & regiam ueſtem die hoc ipſo deponere: ſi modo Vir gothus futurū ſit hanc ut ſibi deſumat & induat. At qui Theodati finem præceteris ꝑ beatum fuiſſe tunc duxi: cum ei id euenit: ut a ſue gentis hominibus: & imperio priuareť & uita: nā propria cuiq; & ſua calamitas: ſi nōdū uniuerſa gente depdita: ſit occurſura: apud non inſenſatos haud quaq̄ conſolatiōne priuať: Mihi uero cōſideranti quæ ante hac fuerit gens uandalorum perpeſſa: & quem Gelimerus dux ſit finem ſortitus: nec penſi qcq̄

Gelimerus Vandaloꝝ dux.

in humanis offertur: nec moderati. Sed uidere iam uideor gothos cum liberis abductū in ſeruitutē iri: Coniugeſq; ueſtras inſenſiſſimis uiris: & turpiſſimis in rebus miniſtraturas: Me uero & Theoderici ex filia neptem: eo deniq; aſportandos eſſe ꝓuideo: quo hoſtilis libido mox duxerit. hęc equidem uellem & uos ne accidant ueritos: in id bellum prodire: hoc pacto eo in loco in quo gerendū ꝓlium eſt uitā finire: maioris longe facturi uos fueritis q̄ ex uictoria partā ſalutē: Viri ſiquidem generoſi & fortes: uel ſi aliqua una in re forte fallanť: uel utcūq; aduota aliqd

ſibi minus ſucceſſerit:apud hoſtes ſuam exiſtimant auctoritatem immi
nui·Mors uero & ſi acceleratius uenerit:fęlices ſemper ex preterita ac
ꝓſperiore fortuna homines reddit·Et ſane pſpicuum eſt:ſi hac mēte &
cogitatione id bellū geſſeritis:ꝑ quam facile uos ex his uictoriā rel itu
ros:ut q per pauci ſint:& gręculi homines quidā:& pro recens uobis il
lata iniuria ꝓmeritas exacturos nunc deniqꝫ pœnas:uirtute ſiquidem
ipſi ac multitudine cęteriſqꝫ rebus:ſuperiores his eſſe facile gloriamur:
illi uero maiora uiribus audent:noſtris inflati malis:& id ſolum preſi
dii nacti:noſtram formidinem:ſed eorum audaciam alit:preter digni-
tatē partā fęlicitas·his Vittiges ſuos hortatus copias omnes iam iam in
aciē prodituras hoc modo inſtruxit:pedites quidē in mediū ſtatuit:eq
tes utrinqꝫ in cornibus:haud longe a caſtris:ſed q̄ proxime poteſt pha-
langē locat:ut ubi deuicti iam hoſtes fugam capeſſerēt facile circūuenri
trucidarētur:cum ingens ſpatiū ſuis ad inſequendū pateret·Sperabat
nanqꝫ ſi pede collato pręlium gereret ne ad breue quidem hoſtes repu
gnaturos:ex re quidē abſurdiorem cōiectans:haud quāq̄ ſuis uirib⁹ fo-
re bello pares hoſtium copias·Prefecti itaqꝫ ubi primum diluxit cum
pręlium incepiſſent:rei gerendę enixe inſiſtere:poſtremiqꝫ quidam cū
in aciem iſſent:ſuos iubendo hortandoqꝫ:ad nauandā ingēti animo ope
rā inflāmare·Sed in principio ſtatim ſupiores Romanę res erāt:& bar
bari crebro ſagittis icti frequentes cadebant:nullū tamen per hos fugæ
initium factum:nan ingenti multitudiue Gothi cum in pręlio conſtitiſ
ſent:facile in cadentiū locum recentes alii ſuccedebant:unde nec ſenſum
ullum ſuoꝝ ſtrenue peuntium dabant:Et Romanis quidem ſatis tūc ui
ſum:cum tanta paucitate his milites eſſent:hoc pacto diremptum ſibi
ꝑlium iri:Iam·n·in meridiem qugnam extraxerant:deniqꝫ iam potiti
uictora:hoſtes ut ſe in caſtra reciperent perpulere:magna ex his parte
occiſa·In Neronianis autem campis diu exaduerſo Romani Gothiqꝫ cō
ſederāt·Mauruſiiqꝫ crebris in barbaros incurſionibus factis:& frequen
ti telorum iaculatione:diutius hos laceſſiuerāt:hi tamen inmoti mane-
bant:nec ſe laceſſentibus occurſandum duxere:Romanos ueriti non ꝓ-
cul aſtātes:quos ſane milites eſſe rebantur:cū turba eſſent imbellis:ſibi
molituros inſidias:& iccirco tacitos hos quieuiſſe ut a tergo ſe de impro
uiſo adorti:circūuentos occiderent:Iamqꝫ cum in meridiem Sol inclina
ret:Romanoꝝ & neronianis in campis exercitus derepente in hoſtes im

Qūo iſtruat aciem Vittiges·

Pugna initur·

Gotthi Victi·

Pugna altera in Campiſ neronianis·

petum facit:ſugantur ex inſperato gothi:re ſubita territi:cumq; recipe
ſe ad caſtra minime poſſent:proximos colles conſcendunt:in hiſq; ut qe
turi ſe cõtinent:Sed Romanorum magna uis erat:haud tamen milites oẽs
ſed nuda ĩmunitaq; maximam in partẽ turba:nam & Preſectum unde
quaq; in hoſtes perinde mox eruptur: nautarum ſeruorũq; ingẽs copia
ſequebatur:& ut belligerãdi ꝑcupidi omnes:uel cum eoq circa flumen
erat imperatoris exercitu ſe immiſcuerãt:unde cũ tanta is multitudine
abundaret:defixerat pauor cũ admiratione:ut diximus:barbaros:& in

Imbellis turba q̃tũ noceat uide

fugam auerterat:Sed inter Romanos nullus inde ſeruatus ordo rẽ Ro
manam interturbauit ſefellitq;:ob eam nãq; intermixtã hominũ collu
uionẽ:nec duces ipſi & ſim rem pleraq; Valentino Iubẽte hortãteq; ſer
uare poterant militiæ modũ:quãdoquidẽ nil prorſus incõſultior tur
ba dictis pareret:unde factum:ut fugiẽtibus gothis:poſtremos quoſq;
haud quaq̃ carpendo necandoq; ut res militaris poſceba::ſpatium dede
rint:intutum ut ſeſe & ꝓximos in colles reciperent:indeq; ut iam quie
turi:intrepide quę gererent ſpectarẽt:porro nec ea/e/regione Romani
pontẽ in animũ induxerant pertranſire:barbaros prohibituri:ne Ciui
tate utrinq; decætero obſiderẽt:neue diutius poſſent ultra tiberim ſta
tiones hr̃e nec hoſtibus ſaltẽ altera ex parte cũ Beliſſario acie decernen
tibus:In terga & de improuiſo ꝑruere:qđ utiq; ſi oportune feciſſent:ꝑfe
cto ſuarum obliti uirium gothi:ſeſe daturi in fugam fuiſſent:& euaſuri quo
cuiq; licuiſſet.Sed barbari ipſi qui pauloante ex ſuga inſederãt collem

Ro.Victores dũ ꝑde ſtudẽt uincuntur

ſua in caſtra irrupiſſe Romanos exedito cõtemplati:aliquãdiu ſe loco cõ
tinuere:ira deinde & indignatiõe ſimul accẽſi:eruptiõe mox facta: incõ
poſitã ĩpeditãq; in auehendo auro argẽtoq; & ꝑcioſa cętera ſupellectile
turbã:ingenti cũ clamore & de improuiſo adoriunt:eãq; partim obtrũ
cant partim extẽplo ſuis/e/caſtris eiiciũt.& ſiq forte fuere q nõ ſubito de
prehẽſi occubuerũt:abiectis/e/dorſo pecuniarum aliarũq; rerum ꝑcinus ſar
cinis uolẽtes qdẽ fugã capeſſunt:& quocũq; tum licuit cõfeſtim euadũt.
Dum hæc interea neronianis in cãpis geruntur:alter barbarorum exerci
tus quã ꝑxime caſtra ſcutis munitis ab hoſtibus ſe & ſtrenue tuebatur:
hiſq; dũ fortiter repugnarent:facta equorum magna imprimis ſtrage:nõ
paruã nr̃is intulit cladẽ:qua ex re cũ Romani affecti partim uulnerib9
partim ãmiſſis eqs ꝑliũ remiſiſſẽt:eorum ſtatim ꝑſpicuã fecere paucitatẽ:
& gothorum agmen quã maximo ꝑſtaret hos interuallo cõparuit.Qua re

barbarorum eqtes aiaduerſa:dextro ex cornu ĩ hoſtes mox aduolãt: hoſq;
curſu citato inuadũt·Quorum inſultũ armaq; cũ minus ferrẽt Romani:q
ea inparte cõſtiterãt:ſeſe inſugã proripiũt:ad peditũq; ſe recepe phalã
gem:tũ uero nec pedites ipſi hoſtes ſe inuadẽtes tulere:ſed cũ eqtibus ag
mine uno diffugiũt:Vnde cęteris ſubſequẽtibus copiis & ſimul inſtanti
bus barbaris interga cedunt:paſſimq; fieri cępta eſt fuga: Pigripius ĩ
terim Tarmutuſq; peditatus tũc duces:cũ paucis q circa ſe erãt peditib9
nauiter ſe ĩ ea pugna geſſere:qppe q ꝑliãdo & reſiſtẽdo haud quaq̃ ſe di
gnũ dixere ut & ipſi cũ cęteris fugarent:Qua ex re cępit tũ pauor cũ ad
miratiõe gothos:impetũq; mox repreſſere:unde ex ea iter poſita mora:
pedites ipſi fugiẽdi ſpatiũ nacti:intutũ ſe receperũt·Pigripius tñ corpo
re toto cõciſus eodẽ quẽ inſederat ſaltu moribũdus ꝓcubuit:cũ eoq; &
pedites duo de quadraginta occũbũt·Tarmutus uero cũ tela iſaurica bi
na geſtaret in manib9:ſeq; inuadẽtes barbaros aduerſis ictib9 cõtinẽter
feriret: poſtq̃ cęſo undiq; corpe ſui iã deſperaſſet:Enniuſq; fr cũ nõnul
lis eqtibus opitulaturus ueniſſet:recuparo aliquantiſp iam ſpiritu:cur
ſu citato uulnerib9 cruoreq; plenus:nullo adhuc iaculorũ amiſſo:ad ur
bis męnia cõtendebat:erat nãq; ſuapte natura hic pnicilliм9:atq; adeo
ad fugã ualidior capeſſendã:tam & ſi corpore eſſet tã male affect9·Cũ
uero pincianã ad portã hic peruenisset:ſtatim procubuit:quẽ murorum cu
ſtodes nõnulli:ut iã exanimẽ factũ:clipeo impoſitũ ſuſtulere:Is tñ cũ
ad dies duos ſupuixiſſet:ut iſauris ipſis:ita & Romano exercitui deſide
rio ſui relicto:& ad poſteros fama:ex humanis exceſſit·Romani interea
ex re male geſta exterriti:cuſtodias in muris diligẽter curare:foribusq;
portarũ occluſis:tumultuoſius ſuos ad urbẽ refugiẽtes:haud quaq̃ de
repẽte admittere:ueriti ne cũ his ſimul & hoſtes iuecti reciperent:q cũq;
igr nõ admiſſi i urbẽ fuerãt:foſſã ptrãſcẽtes muroq; tergis herẽdo:ui
riũ ſuarum obliti:& trepidãtes pedib9 cõſiſtebãt:i barbaros tñ q ſibi e ꝓ
ximo iſultarẽt:& foſſa ꝓpemodũ ſupata ſe eſſent iã iã iuaſuri: pugnare
nil poterãt:diffractis i fuga ãmiſſiſq; i ꝓlio telis:ad hec accedebat:qd ar
ma ut iuicẽ cõglobati exercerẽ nullo poterãt pacto·Gothi uero q̃diu i ꝓ
pugnaculis haud ſat multos uiderẽ:ipetũ i hos faciebãt:ſpe freti:nõ ſolũ
excluſos illos:occiſuros ſe eẽ:ſed qnt9 ad ꝓpugnacla cõſtitiſſẽt uiolatu
ros·Sz ubi militũ & Ro·ppli uim magnã ſũt cõſpicati ĩ ſe ueniẽtiũ:Cõfe
ſtim ut iã dſpantes:hoſtib9 formidie ſimul & ignauia idẽtidẽ exꝓbrata
retro ſe retulerẽ pugna igr i caſtris occepta:ad urbis foſſas muroſq; finit·

Romani fugiũt

Mors. Prefecto rum peditũ.

Ro. tandẽ unde cũq; uicti ceſiq;

INCIPIT LIBER SECVNDVS·

R Omani deinde re malageſta:uniuerſis copiis decerta-
re haud quaq̄ decętero andebant:equeſtri tamen & ex
incurſionibus p̄lio quam maxime barbaros ſuperabāt
non enim aduerſus gothoꝝ in utrunq; exercitum pedi
tes ipſi in phalangem inſtructi prodibant:ſed equites
ſuos conſectabanť:Et Beſſas quidem primo mox impetu in hoſtē facto:
ubi cum telo ſtatim proſiluiſſet in medium:tres ex equitū numero for-
tiſſimos uiros occidit:ceteroſq; in fugam auertit:Cōſtancianus deinde
cum circa ſerū diei:neronianos rurſum in campos Vnnos dixiſſet tubi
hoſtes præmultitudine uim ſibi facturos peruidit:tuendi ſe uiam hanc

Stadii locus in pratis Neronianis·

cępit·Erat ibi tum forte ſtadii locus patēcior quidam & ſane uetuſtus:
ubi ſingulare quondā inibatur certamen:multa eodem ędificia conſtru
xerant ueteres:indeq; calles undiq; anguſti diuerſim ducebanť:Conſtā
tianus itaq; cum nec ſuperare hoſtiū agmen poſſet:nec ſine ingenti peri
culo in fugam ſe dare:iuſſis omnibus ex equis deſcendere:pedes & ip̄e cū
his ſimul anguſtiore in loco cōſiſtit:unde ut/e/tuto cum barbaros unni
ferirent magnam his inferunt cladem:tum gothi:& ſi affecti uulneribꝰ

Cōſtātiani ſtrategema contra gothos·

aliquādiu obſiſtūt:ea ſpe freti:cum primum ſagittæ ex pharetris his de
feciſſent:illos ſe facile circumuēturos:& cōprehenſos demū cōſtrictoſq;
delaturos ī caſtra:poſtq̄ uero ad unū oēs fere uulnerati:uictā denſo ſag
mine p maſſagetas unnos emiſſa nulla incaſſum cadente ſagitta:ſenſere
gothi:dimidiā ſuoꝝ partem ſe ammiſiſſe·Iāq; in occiduum Sol ip̄e uer
gebat:tum uero cū nihil haberent quo ſe uerterēt gothi:in fugā demum
uno agmine ruunt:in eaq; multi mortē oppetiere·Maſſagetis ſagitādi
peritis:poſtrema carpētibus:nā & ingens hi curſu emenſi iā ſpatiū:dū
terga inſectando identidē cedūt:magnā gothis inferunt cladem:His ge
ſtis Conſtātianus cū unnis ad urbē p̄uenit·Perannius uero non multos
poſt ubi hec geſta ſunt dies:Romanoꝝ dux factus per ſalariam portam
cū in hoſtes duxiſſet:& effuſam egiſſet in fugam gothos:ac reciproca de
inde circa occidentem ſolem fugatis Romanis per gothos inſectatio fie-
ret·Romanus quidam expeditatu:plus nimio formidine captus:altio-
rem in foueam:ad condendū:ut reor frumentū per priſcos paratam de
improuiſo prolabiť:unde cū nec uocem ex ea edere auderet:quia in pro

pinquo hoſtium aderant caſtra: nec quoq̃ pacto euadere poſſent: ut cui
nec aliquid eſſet quo ſe inde efferret: cogitur noctem unam ibi peragere
Die autem inſequenti: barbaris rurſum infugam actis: gothus uir qui
dam eandem in foueam cadit: inquam & Romanus ceciderat: Ubi ſta-
tim conciliata inter ſe amicitia: & neceſſitate cogente: fidem ſibi mutuo
tradũt: alterius ſalutem curæ utriq; fore· Demum igitur ambo ingen-
tes edere ex infimo uoces: Ad quas gothi qui proximi erant conuerſi at
tractiq; in ſummo foueæ procumbentes percontabantur: cuius nam ea
uox eſſet· Tum gothus Romano ex induſtria ſubticente: nam ſic uiſum
utriſq; fuerat: ſua & patria lingua reſpondit: in eã ſe nuper ex fuga foue
am cecidiſſe: & reſtem ut demitterrent petiit qua euadere ad auras poſ
ſet· Tum ili ſtatim reſte ſummiſſa gothum ſe rati hominem attractum:
Romanum mox euehunt: unde rei miraculo obſtupefacti re uti ſe ha-
buiſſet accepta: reſidem in fouea gothum protinus extrahũt: qui ſtatim
de fide gothis certioribus factis: mutuo data: ſuis cũ ſociis abiit· Roma
nus uero impunis dimiſſus ſeſe ad urbẽ recepit· Equites deinde nõ mul
ti utrinq; impugnam armis ſe cõmunire intentiq; bello eſſe: & ut cœptũ
prœlium erat: in ſingulare certamẽ aliquod deſinebat: In quo penes Ro
manos ſemper uictoria fuit: haud longo poſt tẽpore cum in Campis ne
ronianis pugna cõmitteretur alterniſq; ſe equitum turmæ: & uaria in-
ſectarentur uictoria· Chorſamãthis uir ſane inter Beliſſarii armigeros
ſtrenuus: maſſagetarum gente ortus: paruo cum Comitatu: ſeptuagin-
tã ex hoſtibus milites inſequebatur: quo deinde in magnum iam campi Mira chorſemã
ſpatium euadente: Romanis qui hunc ſequebantur: retro ſe ad ſuos reci- this fortitudo·
piẽtibus: ſolus relictus hoſtes inſequi nil deſinebat: qua re gothi anima
duerſa cũ equos circũegiſſent: in hunc omnes uno agmine ruunt: tum il
le medios hoſtes peruadens: uno ex his quodam lancea per medium cor
pus traiecto: in alios impetũ facit: & indeſinenter impugnat: tuꝫ illi ter
ga iterato uertẽtes turpem infugã aguntur: exercitus deinde a ſtãtis ue
recũdia ducti iam enim conſpici ſe a ſuis rebantur: cum iterato uerſis in
hoſtem eqs ſe inſectantem inuadunt: eadem qua prius afficiunt iactu-
ra: ſiquidem uno atq; item altero ꝑualidis uiris ammiſſis infugã mox
auertuntur: quos Tharſamunthes uſq; in caſtra acriter inſectatus ſolus
uictoriam referens incolumen ſe ad ſuos recepit· Sed cuꝫ paulo poſt: ali
ud cum gothis bellũ iniſſet: læuam in tibiã ictus: atq; adeo dies nõ pau-

cos acceptum ob uulnus prelio abſtiniſſe: Vir perinde barbarus rē gra-
uiter ferens comminabatᷣ ſe ſtatim in gothos pro accepta iniuria uindi
caturū: Vbi eo ex uulnere breui conualuit: nimio iam cibo uinoq́ʒ opple
tus: ſolus ire in hoſtes animo deſtinat: ab hiſq́ʒ pro accepto in pede iam
uulnere: penas exigere. Cum itaq́ʒ pincianam ad portam deniq́ʒ ꝑueniſ
ſet: emitti ſe ad hoſtium caſtra edixit. Cuſtodes uero qui Beliſſarii ar-
migero & fortiſſimo uiro nil fidei non exhibere induci non poterant: cō
feſtim fores aperuere eumq́ʒ quo uellet abire ſinūt: quem hoſtes mox cō
ſpicati: perfugam ad ſe quempiam uenire rebantur. Verum ubi is arcū
intendit: & gothi non ſatis hunc noſcitarent: uiginti ferme in eum mi-
lites prodeunt: quos Tharſamunthes paruo molimento reiectos: ſenſim
inſectabatur. Poſtq̃ uero aliquāto maior gothorum ſe uis demū inuaſit
uelut in motus ſuo cōſtitit loco: Aſt ubi copiæ omnes aduerſus hunc cō-
fluxere: ab omnibus ſe tueri pugnādo admittebatur: quam rem cū/e/tur
ribus proſpexiſſent Romani inſanire quidem hominem arbitrabantur
haud tamen Tharſamūthem hunc eſſe ſat norant: q opera prę ſe tuliſſet
ingentia. Sed demum ab hoſtium uniuerſo circūuentus exercitu: teme-
rarię audaciæ pęnas hic luit. Cuius mors Beliſſario renūtiata: non ipm
modo: ſed cæteros omnes ita affecit: ut in maxima eſſent extanti uiri ia-
ctura comploratione ac luctu: ut qui cōmunem in eo milite ſitam ſpem
ammiſiſſent. Eutalius interea quidam dum ſe æſtas in autumnū curcū-
egiſſet: ex Bizantio Taracinas ſe contulit pecuniam deferens ab impera
tore militibus debitam: ueritus tamen ne obuii hoſtes una cū pecunia
& ſe/e/medio auferent: ad Beliſſarium ſcribit: curaret ut tuto ad urbem
uenire cū pecuniis quiret: Tum Beliſſarius/e/corporis ſui cuſtodibꝰ cē
tum delectos cū equitibus duobus & ducibus Taracinas mox mittit: ad
ſe ut pecunias eas deferrent: ipſe interea ſuſpitionem hoſtibus cōfirmare
cū uniuerſo exercitu in hos ſe bellum geſturū: ut ea barbari cura deten-
ti: nec pro neceſſariis conuehendis: nec alia quauis de cauſa caſtris exce-
derent. Poſtq̃ uero cū Atalio iaʒ iā affuturos quo miſerat milites demū
cognouit: copias omnes ut pugnaturus diſponit & inſtruit: ipſum id &
barbari facere: & parati ad bellū aſtare ea/mane itaq́ʒ Beliſſarius circa
portas paratum militem tenuit. Sciebat nanq́ʒ Ataliū & quos illi dede-
rat ſocios noctu ad ſe peruenturos: circa meridiem uero ſuos prandere
mox iubet: hoc ipſum & gothi facere: rati omnino ſumpto iam cibo: ho-

Fortitudo uerſa in temeritatem penas luit.
Vnꝰ pugnat cōtra exercitum.

ſtes in acië prodituros·Sed paulo poſt Beliſſarius Martinum Valeria⸗num𝗊; ſuis cum turmis in Campos Neronianos dimittit: iuſſos quã ma⸗xime poſſent hoſtiũ copias pturbarent·A Pinciana aũt porta eqtes ſex⸗centos ad caſtra emittit: qbus tres exarmigeris ſuis pſecit·his ſtatim ad⸗ueniẽtibus hoſtiũ uis magna occurrit: diu nõ pede collato pugnatũ: ſed alternis cõcedere inuadentibus: & tergi uerſando ſe inuicem inſectari: ita ut uolẽtes iam uiderent & ex compoſito diei reliquũ tẽpus conterere Deni𝗊; in alterutrum his ira & indignatiõe ſucceſſis: ualide pugna init & multi utrin𝗊; mortales ac fortiſſimi qui𝗊; cõcidunt: Sed utriſ𝗊; cum ab urbe: tum e caſtris ſupuenere ſubſidia: qbus inter cæteros ſtrenue ſe immiſcẽtibus: prœlii labor exaugeri cęptus: & utrin𝗊; ingens edit9 cla⸗mor bellãtes exterruit·Romani tandẽ ſua hoſtes uirtute impulſos: inſu⸗gam uertũt: hac ipſa in pugna Curilas uir ſtrenuus: telo caput mediũ ictus: id𝗊; pfixum adhuc in uulnere geſtans hoſtẽ inſectabat: & impe⸗tu facto cũ cæteris ſ𝗊 prœlio forte ſupfuere: circa occidentẽ iam ſolem ur⸗bẽ inuehit cũ tremula adhuc in capite haſta: magni profecto momenti ſpectaculũ·Arxem preterea quẽpiã Beliſſarii pfecti armigeꝝ: gothus uir quidã & ſagittarius inter nares & dexterũ oculũ uulnerat ſagittę𝗊; ſpiculũ ad occipitiũ uſ𝗊; deſcẽderat: haud tamen id uſpiam cõparebat: ſed haſtę quod reliquũ uiſebat proſixum ita extabat in faciem: ut Arxe hoc eqtante cõcuteretur: qua uti𝗊; re Romani cõſpecta obſtupuere·In Campis aũt Neronianis barbaroꝝ res ſupiores fuere: At𝗊; adeo ut ubi Valeriani Martini𝗊; copiæ gothoꝝ infinita cũ multitudine prælio: ge⸗ſto: ſtrenue ſe ab his explicaſſent: & ut grauiora Romani milites paſſi i maximũ uenissent uitę diſcrimen·Bochem ſtatim Beliſſarius iuſſit: la⸗borãtibus ſuis ſuppetias ire & equitũ turmã tam equis𝗊 uiribus uali⸗dam: Neronianos in Campos educere: Iam𝗊; ſerũ diei erat: & turma Bo⸗chem ducem ſecuta Romanis opem latura: cũ primũ cõparuiſſet: ſubito facta barbaroꝝ eſt fuga: quibus cum nimium Boches inſiſteret fugien⸗tibus: a duodecim haſtatis eſt circumuentus: & quia ſubiecto erat tho⸗race munitus: inflicta illi per barbaros uulnera: haud multum hunc af⸗fecere Sed gothus quidam poſt terga mox ſubiens: ea ex parte corpus nundatum temere nactus: uulnus quidem ſed non lætale inflixit: uel quod in mortis diſcrimen induceret: extemplo𝗊; & ex aduerſo alter læ⸗uum hunc in brachium ferit: ei𝗊; lacertum tranſuerſa plaga præcidit·

ximũ ducere inutile ſore rebatur: ut qui eius in loci obſidione plurimũ
eſſe temporis conterendũ ſuſpicaret: nã repente id oppidũ & ui ſubita
capi nõ poterat: tuentibus ut magna multitudine barbaris: ita & fortiſ-
ſimis uiris: & q pleraq3 ante hac populati ingentem ſibi rerum neceſſa-
riaꝝ copiam importaſſent: unde Auximo ꝑ id tempus ciuitate relicta:
Aratium cũ magna exercitus parte Firmiũ hybernatũ dimiſit: & ſimul
iniunxit: hoſtes ſedulo obſeruaret: ne de cętero ac licenter adeo ea /e/ re-
gione excurſiones hi facerent: uel intrepide uim his locis inferrent. Ipſe
uero ad Vrbeuetanam ductauit exercitum: id nãq3 ut faceret Peranius
quidam impulerat: Nam Gotthis qui hunc locũ inſederant: neceſſaria
defeciſſe a tranſfugis quibuſdam is forte acceperat. Vnde ſpes erat ſi ad
eam neceſſitatem accederet: ut Beliſſariũ cum copiis uniuerſis adeſſe: &
in ſe euntẽ uiderent facilius ſeſe dedituros: uti & factũ poſtea eſt. Siqui-
dem ubi Beliſſarius Vrbeuetanã peruenit: iuſſis militibus loco idoneo
caſtra metari: ipſe urbem mox circũiuit: ſpeculatur⁹ ſicunde illi inferri
uis poſſet: cũq3 uiſum iam eſſet: nullo hanc pacto inditionem ui redigi
poſſe: ꝑ inſidias tñ ut caperet: nõ oĩno impoſſibile fore rebat: tumulus
nãq3 terren⁹ /e/ ꝓfunda & infima ualle ꝓductus ſupeminet ſolus: cui⁹ Vrbeuetanę ur-
i ſummo faſtigio planities eſt: inferiora uero ꝓrupta ſunt oĩa: circa hũc bis ſitus.
tumulũ ad lapidis iactũ pari altitudine ſaxa ab eo diſtãtia ſurgũt: & ꝑ
inde corona hũc circũcingũt. Sed priſci tunc hoĩes ſupra hunc tumulũ
urbẽ condiderãt nullis uel menibus cinctã: uel alio q̊uis ope cõmunitã
qñq̃dẽ ſuapte natura loc⁹ ut occupari facile poſſet: nõ ſatis oportunũ eſt
uiſus: unus nãq3 ad eũ circũiectis /e/ rupib⁹ patet acceſſus: quẽ ſi incolę
aſſeruãdo iſederint: nullũ aliũde uereri ab hoſtib⁹ impetũ queãt: nã ut
loci difficultatẽ õmittã: unde natura ipſa ingreſſũ extruxit: uel amnis
quidẽ accedit pro ſua magnitudine oĩno inꝑuius: q medium inter ſaxa
obiectamq3 rupem & oppidum ſpatium occupat: unde & paruo in ipſo
aditu ueteres illi edificio ſtructo: portam impoſuere: quam tũc Gotthi
ſernabant: Beliſſarius itaq3 uniuerſis cum copiis ad obſidionem ſpe ea
conſedit: ut aut fluminis /e/ regione Vrbeuetanũ oppidum detrimento
afficeret: aut inditionẽ hoſtes redigeret: fame demũ cõpulſos: barbaris
tamen nõ omnino neceſſaria deerãt: tãetſi parcius his uterent q̃ nature
neceſſitas poſtularet: inopie tñ ultra q̃ credi poteſt obnitebant: ſiq̃dez Vrbeuetanũ ob-
non ad ſatietatem ciboꝝ uenirent: ſed in ſingulos dies ſic his utebantur ſidetur.
ut non penitus inędia deperirent: Sed poſtq̃ demuz neceſſaria prorſus

his defuere: madefactis aqua tergoribꝰ diutiꝰ uescebant: Arbilas nanq̄
gothoꝝ pfectus uana iā diu ſpe hos coaluerat. Veꝝ cū iam ſe uerteret
annus: & meſſis tēpus adeēt: in cāpis frumentū ſua ſponte matureſcebat
nō tn̄ qua prius id copia fuit, ſed longe minori: ut qd nec hominū mani-
bus: nec boum labore ſatum humoq̄ tectū fuiſſet: ſed temere in agri ſu-
perficiem iactū: unde eius pars quædā terrę ui fora emerſerat: ipſum id
tamē cū demeteret nemo: prę nimia ſui maturitate in terrā iterato exci-
Fames in Aemilia ut ea excederent incole. dens renaſcebat: quę res cū eundē in modū in æmilia accidiſſet: eius re-
gionis hoīes ppriis ſedibus ac bonis relictis in agrū picenū profugerāt:
haud quoq̄ exiſtimātes eius prouincię loca q̄ maritima eſſent: eadē oino
rei frumētarię inopia premi. Tuſcos p̄terea haud ſecus & pari de cauſa
fames attigerat. Ex his tn̄ q montes incolerent frumēti in modū e glādi
bus cōmolitis cōfectū panē edebāt: unde uulgatis ueluti i pecua morbis
uti par erat: multi mortales capiebant: & paucis ſupſtitibꝰ interibant.
L. milia hoīm fame mortua. Inpicentes aūt tradunt non minus quinquaginta milia hominum prę
inedia interiiſſe: & lōge plures extra ionicū ſinum: qua aūt morbi ſpecie
& quemadmodū hi morerent: mox explicabo: Cū. n. nihil his eſſet quo
Morbus qualis e fame cōtractꝰ. ueſcerent: extenuati nimiꝝ oēs pallenteſq̄ reddebant. Caroq̄ ut cibo
diutius carens: in ſeipſa retracta coheſerat: fel itē cū nimiū abundaret:
atq̄ adeo corpora ipſa ui ſua oppreſſa iam infeciſſet: haud quaq̄ ſinebat
ſuo iē priſtino curſu in his uenas defluere: malo itaq̄ puincēte nil pror-
Fames ingens in Italia. ſus ſucci corporibus relinquebat: Cutis preterea obdurata, corio perſi-
milis erat: pre ſe maxime ferens q̄ impacta oſſibus inhęſiſſet: liuore iā
in nigredinē cōmutato: unde & homines exoſtis facibus nihil aſſimiles
uidebant: eorumq̄ facies ſtupidior erat: toruuſq̄ & furentis aſpectus:
mortē itaq̄ paſſim obibāt: cibi partim inopia: nimia partim ſaturitate.
Nā poſtq̄ in his fuerat calor oīs extinctꝰ quē natura introrſus exuſſerat
ſi qs forte eoꝝ ad ſatietatē & nō paulatim cibaſſet: ut recens nati lactari
ſolēt: cū ingeſtos minꝰ degererēt cibos: celeriꝰ lōge moriebant. Fuere q
fame cogente alternis ſe ęſitarent fœminas itē duas fuiſſe tunc tradunt:
quæ uiros ſeptemdecim interfectos abſumpſerint: hæ nāq̄ ut ferūt: cū
ſolę & reſides domi cęteris mortuis ſuperfuiſſent: diuertentibꝰ ad ſe pe-
regrinis: noctuq̄ dormitantibꝰ interfectis diu ueſcebant: ſeptē itaq̄ ac
Femine uiros necatos edere. decem diuerſis temporꝝ ſpatiis i cibum aſſumptis: Octauus ac decimus
qui ad has forte diuerterat: ſomno tunc ſubito expꝛectus: cū in ſe eadem

que & in ceteros hec fecerāt: molirent: cognita primū facti abhis ratione utrasq; obtrūcat. Sed eo iā alibi euaserat famis necessitas: ut qcqd ubiq; herbaꝝ esset celerius nōnulli adirēt: & genu interrā nixi: cū auellerē has niterent: deficiētibus uiribꝰ: nā/e/corporibus uigor omnis abscesserat: porrecta ad herbas solo moribūdi procūberēt: insepultiq; passim manerēt: cū nemo hos humo cōtegeret: nō.n. erat qui sepulture rationē haberet: Belissarius aūt ubi uraiā & barbaros Medialanū obsedisse accepit: Martinū Vliarēq; nō paruis cū copiis in hostē mox misit: q ubi ad Padū fluuiū puenere: quia Mediolano abest diei uia: positis castris ibidē māsere: multūq; his tpis eodē cōtritū: de fluminis transitu cōsultātibus. Mūdilas uero ubi eo hos aduētasse cognouit: ex Mediolano Paulū quēpiā & Romanū ad eos protinꝰ misit: qui hostes frustratus cū ad fluminis ripā uenisset: nullū in promptu nauigiū nactus: depositis uestibus sūmo cū discrimine flumen tranauit: delatus inde Romanoꝝ ad castra: Martinū Vliarēq; affatus hmōi est. Nec iuste quidē: nec p ure gloriæ dignitate ipsi uos geritis quādoquidē Romanorū rerū gr̄a tuendarum uerbo dūtaxat huc adueneritis: re uero ac factis hostibꝰ uires accumulatis. Mediolanum tam amplissima ciuitas que ceteras Italie urbes: ut magnitudine: ita & hominū copia ac reliquis fortune bonis facile superat & ut ista preterea aduersus germanos & barbaros alios propugnaculum est: & ita ut dixerim p obice totiꝰ Impii Romani exposita: partim ante hac p Mundilā: partim p impatoris exercitū pdita: magnū in discrimē incidit: qn quidē obsessa ab hostibꝰ nimiū infestet: & uobis hoc tpre neglectui sit. Sed quāta Impatorē iniuria affeceritis dicere nūc intermitto nō.n. id tpe sinit ut pluribꝰ utar: qd utiq; potius acceleratū deposcit ut ibi presidiū: quā diu spei est aliquid reliquū: Vos itaq; oportere nūc duxerim suppetias mediolanēsibꝰ in tāto discrimine cōstitutis cōfestim ire Quod si longiore mora & negligētia usuri erga hos estis: illis quidez id est occursurū: ut acerbissimis penis affecti dispereāt: uobis uero ut hosti Impatoris uires prodatis: Nā proditores iure nō solū sunt nūcupādi q portas hostibꝰ patefecerint: sed lōge magis q obsessis & amicitia cōiūctissimis ferre dū auxiliū queūt: id tū ul piculū ueriti: uel qa ociū potiꝰ q̄ negociū malint: cū negligūt: i hostiū ditionē hos tradāt: hec Paulꝰ Martinꝰ uero & uliares duces: se stati hūc secuturos polliciti: hominē dimisere rūt q rursū intredeūdo ludificatus hostē: noctu Mediolanū ingressus: ut

Subsidiū ad Mediolanēn mittit.

Bellū apud Mediolanū.

Legatꝰ Mediolanēn ad Martinū pfectū auxiliuz poscens.

milites ipſos ita & Romanos ad bene ſperandũ hortatus adſeruandam erga impatorẽ fide3 maxime cõfirmauit. Martinus tñ ac cæteri qui circa ſe erãt Mediolanenſiũ nulla deçtero habita ratione: inſegnitiẽ ac ſocordiã pſus relapſi: haud quaq̃ ſe loco mouere: in eaq3 plurimũ tẽporis negligẽtia terere. Sed Martinus ut morẽ cauſam excuſaret: in hanc ſententiam lr̃as Beliſſario ſcribit. Huc iccirco nos miſeras ut Mediolani periclitantibus noſtris opem auxiliũq3 ferremus: Nos uero ut iuſſeras ad Padũ uſq3 flumen puenimus: quẽ tñ tranſire exercitus hic noſter uereť: quãdo quidem magnas gotthorũ copias: cũ hiſq3 ingentẽ burgundionũ multitudinẽ in liguria eſſe accepimus: quibus cu3 haud quaq̃ bellũ ex æquo nos gerere poſſe exiſtimamus. Iube itaq3 Ioãnem Iuſtinũq3 qui Emiliano in agro & nobis pximi ſunt: ſuis cũ copiis nobiſcũ id ut periculum ſubeant: hinc.n. ſiiunctis in hoſtẽ exercitibus imus: nr̃a hũc cũ ſalute aliquo afficere malo poterimus. Beliſſarius itaq3 lr̃is Martini perlectis Ioãnem Iuſtinũq3 iubet: Martini ſimul cũ copiis agmine citato Mediolanũ cõtendere. Illis uero facturos ſe quippiã Narſetis iniuſſu negãtibus: & Narſeti epl̃am dedit hmõi. Vniuerſos Impatoris exercit9 unũ eſſe corpus exiſtimato: quos ſi forte ut hominis mẽbra nõ unũ ſentire cõtigerit: ſed ſeorſũ abinuicẽq3 diſiũctos gerere aliquid uelle nobis pculdubio id relinqueť: ut eorũ quę deceãt cũ nihil egerimus: utriq3 ſimul diſpereamꝰ: quo circa relicta: quæ nec munimẽti quippiã habet nec Romanis nũc queat rem ullã afferre: quę magni ſit momenti futura: Ioãni Iuſtinoq3 impato: cõfeſtim ut recta cũ Martini quę ad Padũ ſũt copiis ſibi propinquioribus ut Mediolanũ ĩ hoſtes cõtendãt: ſiquidẽ ad Barbaros ſupãdos liberandãq3 eam obſidione urbem ſatis ſint ualituri: apud me nãq3 nullę ſunt reliquæ quas deſtinẽ uires: accedit ẽt quod inutile duxerim: ut apud me ſiqui forte ſũt equites: Mediolanũ hinc abeãt: nã & plurimũ eſſet temporis cõterendũ: & tardius longe quã oporteret ad nos demũ redirẽt: nec eqs poſſent aduerſus hoſtes uti: itineris lõgitudĩe defatigatis: ſi ſtatim cũ his eẽt acie cõfligẽdũ. Cęteꝝ ſi nr̃i una exercitus iũcti Mediolanũ cõceſſerint: & uti par ẽ: hoſtes pulcerint: ĩ ęmiliã nemine prohibente iterato ſe conferent. His litteris Narſes perlectis Ioanni Iuſtinoq3 imperat: cum altero ad Padum exercitu ſuas ut iungerent copias: & Mediolanũ cõfeſtim abirẽt: Ioãnes uero pmaritima loca extemplo dimiſſis qui in Padum ad traiiciendum exercitum acates inferrent

Martinus rẽ mediolanenſem negligit.

Lr̃e Martini ad Beliſſ.

Beliſſarii Imperata negligunť.

Beliſſarii lr̃e ad Narſetem.

ad iter ſe preparabat:& ex Aemilia cū demū mouiſſet:morbo inuia cor
ripitur:qui utiq; rem oēm interpellauit:Nā dum interea Martini mi-
lites ad trāſitū ſegniter ſe haberēt:Ioānisq; copię ęgrotātis Narſetis rur
ſum iuſſa opiunt:plurimū gothi in ea Mediolani obſidione tpis terūt:
& q intra urbē incluſi obſidebāt admodū fame oppreſſi:& urgente ni- Fames īgens Mediolani·
miū malo:canibus muribuſq;:& cęteris item obſcenis quae antea nunꝗ
mortalibus in ęſum fuere diueſcebant:Gothi interea qui eā obſederant Agitur de cōditionibus·
urbem & Mundilā Romanoꝝ ꝓfectū oratores legarunt:ſeſe ac Medio-
lanum his ſibi ut cōditiōibus dederat:ut ipſe imprimis ſuiq; milites cu
ius uis mali expres relinquerentur:cum ille ita ſe factuꝝ ſpopondit:ſi
modo ut ſibi ſuiſq; militibus:ita et ciuibus ipſis futurę idēnitatis ac ſa-
lutis fidē is daret:militibus deinde in concionē uocatis:Orationē hmōi
habuit·Siqui hominum unꝗ cū turpiter his uiuere licuiſſet:cū gloria Mundile Orō ad ſuos·
mortem oppetere maluerūt:& cū momentanea quadam & breui ſalute;
decentiorē uitę finē:& laudabilē cōmutare·Ex eorum equidem numero
in ꝑſentia uos eſſe ꝓuelim:nec ꝓ uiuēdi cupiditate ꝑ ignauiā uitā hanc
ducere:& uobis ꝑcipue ut Beliſſarii diſciplina inſtructis:nil penitus cō
uenit:nec plane fas eſt:nō plurimū fortitudine ualere & audacia:nā &
in lucē prodeuntibꝰ uniuerſis:haud quaꝗ ſimilis eſt uitę finis:& mor-
tis genere ipſo:ut in aliis multis inter ſe differūt homines:Siquidem uel
ignaui imbelleſq; cōtumeliis primū affecti:& riſum de ſe hoſtibus exhi-
bēdo:ad ꝓſtituta ꝑ ſuperos tēpora:fatū nihilominus cōplent:qđ tamen
generoris & fortibus uiris:cū uirtute & optima abundantiq; gloria:ip
ſum ut id patiant cōtingit:& ut iſta ꝓpterea ſi Mediolanēſibus iſtis:ſalu
tem afferētibus nobis:barbaroꝝ utrūq; ſubeunda ſeruitus ſit:ueniā al-
latura forſitan eſſet:aliena ꝑ nos parta hec ſalus:Quod ſi Romanos opor
teat uiros:tantam hominū ut multitudinē ſpectent:hoſtiū manibꝰ tru-
cidari:quis nō deniq; fateat:quouis mortis gener id nobis acerbiꝰ foret?
Nā ſi barbaris ſumꝰ id ut faciāt ꝑmiſſuri:uidebimur ꝓfecto tā atrox fa
cinꝰ cū his cōfeciſſe:ꝗdiu igr nři cōpotes ſumꝰ:noſtriq; iuris:& uirtute
fat poſſumꝰ neceſſitatē ornare:glorioſā quęcūq; acciderit fortunā duca
mus·Oportere itaq; dixerim armis ut ipi ꝗ optimis cōmuniti agmine
facto:ne hoſtes iprouidos irruamus:Nā ex duobus alteꝝ nobꝰ reliquū
erit:aut·n·nobiſcum fortuna lōge meliꝰ aget:ꝗ forte ſpes ſit·uel fęlicem
ipſi exitū cōſecuti:a ꝑſentibus malis ſūma cum gloria nos uindicamus·

Milites Mundi la capto urbē gothis dedunt.

Mediolanū cesis ccc. M. hominū ſolo equatur.

Poſtq̄ Mundilas finem dicendi fecit: militū nemo id ſubire diſcrimē uel
le: ſed tergiuerſari protinus omnes: atq; adeo ut hoſtibus quemadmodū
poſtularant ſeſe ac Ciuitatē mox proderent: quos barbari nulla in p̄ſen
ti affeſtos iniuria: una cum Mundila prefecto in cuſtodiis habuere. Me
diolanū uero ampliſſimā urbem ſolo ęquatam delent: in eaq; uiroꝝ tre
centa milia ſine ullo ętatis reſpectu trucidant: fœminas uero ſeruitioꝝ
in morem abductas burgundionibus dono dedere: ut ꝓ meritas his gra

Gothoꝝ ſeuitia in Mediolanēſeſ

tias redderent pro inita ſecum belli ſocietate. Reparatum uero qui ad
Romanos defectionis cauſa fuerat inuentum comprehenſumq; & minu
tatim cōciſum: uorandū canibus abiecere. Birgentinus tamen eiuſdē nō
expers noxę: (nam & is Mediolani tunc aderat) fugiens i Venetos abiit
indeq; ſubſequentibus ſuis in dalmaciam uenit: & ex ea prouincia ad Im
peratorem ſe byzantium contulit: ingens nimirum ex Mediolani iactu
ra Romanis per id tempus uel hæc acceſſit calamitas: gothis preſertim
omnia occupantibus: quæ ipſorum preſidiis tenebantur: & uniuerſa po

Liguria oīs i gothoꝝ poteſtate.

titis Liguria Martinus interea Vliareſq; prefecti cum exercitu Romā
ſe contulere. Beliſſarius uero adhuc eorum ignarus quę in liguria acci
diſſent: exacta iam hyeme: uniuerſis cum copiis cum in agrum picenū
mox duceret: in ipſo itinere cognitis quę Mediolani pauloante contige
rant maximo in luctu ac diu fuit: nec de cætero permiſit Vliarem quem
tantæ cladis cauſam fuiſſe exiſtimabat in eius cōſpectum uenire: Quem
admodū ſe res hūiſſent Impatori ad ueꝝ cuncta p̄ſcripſit: Is uero accептę
calamitatis ob gratiam: nemine/e/ſuis offenſo. Beliſſarii tamen & Narſe

Narſes reuocatᵉ ſūma reꝝ ꝑmiſſa Beliſſario:

tis accepta diſſenſione: Narſete ad ſe reuocato: Beliſſarium uniuerſo bel
lo & ſolum p̄fecit. Narſes itaq; paucis ſecum militibus ductis byzantiū
rediit: Eruli uero ex Italia excedente Narſete ſub quo antea militarant
uel Beliſſario pollicente: ab Imperatore pleraq; his bona fore: ſi apud ſe
reſtitiſſent manendum haud quaq̄ duxere: ſed coeuntes in unum omnes
ad iter parati in Liguriam eunt: & in uriæ exercitum cum incidiſſent:
captiuos omnes & cæteram animantium predam: quam ſecum abduxe

Eruli Beliſſariū deſerunt.

rant: hoſtibus tradunt: ab hiſq; ingenti accepta pecunia: iureiurando ſe
obſtrinxere: nunq̄ de cætero gothos oppugnatuꝫ uenturos: uel cū his cō
ſerturos in bello manus: hunc illi in modū ab his pacifice diſcedentes: ad
Venetiæ loca uenere: ubi Betalione conuento eorum cępit hos pœnitere
quæ in Imperatorē & Beliſſarium deliquiſſent: delictiq; gratia depre

candi: Biſandro ex p̄fectis altero ibidem cū ſuis dimiſſo: cæteri omnes
Byzantiū deuehunt̄. Aliuth ducibus Philimuthoq́; q mortuo Faniteo:
Erullorū obtinuit p̄fecturā: Vitiges interim & cęteri circa ſe gotthi: ubi
Beliſſariū accepere ſimul ac uer incepiſſet: aduerſus ſe & Rauennā uen-
turū: trepidare tūc maxime: & de p̄ntibus inter ſe cōſultare: cōſiliaq́; cū
diu agitaſſent: nō. n. ſe ſolos bello pares Romanis fore arbitrabant̄: opti
mū facturi: Barbaros ſibi in auxiliū cōſociare: abſtinere tamen a ger-
manis: ut fraudulentis & alias infidis p̄ſidiū petere: uel ſaltē ab ipſis his
impetrare: ut neutris fauēdo a pugna procul abeſſent. Ad Bacem Lon- Baces Lōgobardorū princeps.
gobardorū tūc principē oratores dimittūt: oblataq́; ingenti pecunia ad
belli ſecū incūdā ſocietatē hortant̄: q ubi Bacē impatori & amicū & ſociū
eſſe itellexere: re infecta diſcedūt. Vitiges igitur ex p̄nti rerū cōditione
cōſilii inops: & animi p̄lus incertior redditus: Seniorū ad ſe cōtinenter
multitudine cōuocata: crebro ab his ſciſcitari: & identidē petere: qd nā
ſibi agendū iā eēt: ut rectius ſe res ſuę haberēt: ſed uarię ab his q ad cōci
liū uenerāt ſnię dicebant̄: haud tn̄ p̄ntibus rebus cōuenientes: nōnullæ
tamen p̄late aliqd p̄ę ſe momenti ferentes: quas inter & illud aſſertū:
Romanorum Imperatorem quādiu ante hac ſibi in heſperia barbaros
oppugnandi facultas fuiſſet: ni forte ex induciis antea factis: id ſibi ut Cōſilia gotthorū ad hoſtem amouendum.
faceret haudquaq̄ fas eſſet. barbaros omnes & Mauruſios diſperdiſſe:
in Gotthoſq́; ipſum id effeciſſe. Qui ſiquis illi hoc tempore Medorum
regem hoſtem reddiderit: haud quaq̄ Romanos: ſi cum hac gente geſſe-
rit bellum: cum ullo mortalium de cætero pugnaturos: In hanc ſenten-
tiam cum Vitiges & cæteri inclinaſſent: uiſum eſt demū ad Choſreum Coſroes Medorū Rex.
Medorum regem: mittendos Legatos eſſe: non Gotthorum ex natione:
ne forte ea ex re proderentur: atq́; adeo perturbarentur quæ gerenda
tunc eſſent: ſed Romanos nonnullos qui Choſroem adirent & infenſum
Iuſtiniano hunc redderent. Vnde ſacratos duos ex Liguria uiros: ad id
opere nauandum ui magna pecuniarum corrumpunt: quorū alter ut
dignitate preſtantior: & Ep̄i nomen ſortitus: oratoris munere funge- Epiſcopus miniſter ſcelerum.
batur: alter hunc ut miniſter ſecutus: per hos itaq́; lr̄as ad Choſroem
p̄ferendas Vitiges miſit: quibus Choſroes deniq́; p̄ſuaſus: malis ingen
tibus eius regionis Romanos affecit: Iuſtinianus uero ubi primū Choſ Gotthi clam Medos animant in Romanos.
rois conatꝰ i ſuos factos accepit: Italię & occidētis finire bellū cōſtituit
Beliſſariumq́; ad ſe reuocare: ut aduerſus Perſas ductaret exercitum:

k

& Vittigis ad ſe oratores(nam adhuc Byzantii erāt) dimittit uiros ex ſuis Rauennā ſe miſſuꝝ pollicitus:q cū gotthis fędus cōficeret:in re tū utriſqȝ futuꝝ: q̊s poſtea Beliſſari9 oratores cū ad ſe p̄mū uenıſſēt haud quaq̄ prius dimiſit q̄ gotthi:Iuſtiniani ad ſe delegatos dimitterēt:Iāqȝ

Quartus annus

hyems ſe circūegerat:Quartuſqȝ hui9 belli annus finiebať: quod utiqȝ Procopius ſcripſit. Beliſſario aūt aīo iterat Auximū Feſulaſqȝ ī primis delere:Vnde Ciprianū Iuſtinūqȝ ſuis cū copiis & Iſauroꝝ nōnullis Feſulas miſit:pediteſqȝ ex ea cohorte q̄ngentos:cui Demetri9 p̄erat: q oēs circa ei9 loci p̄ſidiū caſtra metati: barbaros iu... turādo impoſitos obſidebāt. Alteꝝ uero exercitū quē Ioānes ductabat:ad padū flumen trāſmiſit:diligentiuſqȝ ut curarēt iniūxit:ne ex Mediolano Vrias gotthoꝝ p̄fectus cū ſuis in ſe aduentaret. Qđ ſi hoſtiū ꝓpulſare inſultus negrent ſenſim pedē referrēt:& a tergo hoſtes clā ſequerenť. Hi igī protinus ab

Dertona.

euntes. Dertonā flumini ꝓpinquā urbē nullis munitā męnibus nacti:poſitis ibidē caſtris una cōſtitere. Beliſſari9 deīde undecim miliū hoīm

Auximi ſitus & laus.

exercitū ductās:ad Auximū urbē cōtēdit:quā ſatis cōſtat ī agro piceno preſtantiorē cęteris eſſe:quippe quā Romani Metropolim uocāt:abeſt aūt hęc ab Ionico ſinu ad ſummū ſtadiis octoginta:& in ędito colle ē ſita aditū ad ſe nullū/a planitie habet:unde & hoſtib9 ē oīno ī ꝑuia:eo ī loco Vittiges q̄cqd inter gotthos roboris erat:ī p̄ſidiū collocarat:Romanos ratus:niſi pri9 hāc cepint urbē: Rauennā exercitus ducere nō auſuros. Sed poſtq̄ Romanoꝝ copię Auximū ꝑuenerūt ad collis radices & undequaqȝ caſtra ut ponerēt impať:illis uero pagatim caſas & diuerſim per turmas fugiētib9:cū cōſpicati eos ex ędito gotthi fuiſſēt: lōgis ab inuicē interuallis & ſolutis ordinib9 cōſtitiſſe:ita ut ſibi alternis auxilia ferrēt ut patētiore ī cāpo:haud facile poſſēt:de ī prouiſo & circa ſerū diei/e re-

Prœlium ad Auximum.

giōe urbis ī orientē uergēte:ī hoſtē ī petū faciūt:q̄ forte adhuc Beliſſarius cū caſtra locaret cū armigeris ſuis paratus aſtabat:q ſtatim armis de ſūptis in ſe aduētātes acri9 ī pugnatos: ac demū reiectos ī fugā uerterūt fugiēteſqȝ inſecuti ad collis mediū ꝑuaſere:ubi cū barbari ſe cōuertiſſēt: ut loco munito cōfiſi/ſe īſectātib9 occurrēdo:fugā deniqȝ ſiſtūt: m̄ltoſqȝ e/Romāis ut hoſtē iā ſubeūtib9 ex ędito feriētes tādiu obtrūcāt:q̊ad nox ſuꝑueniēs cędē interpellauit:Sic demū p̄lio itermiſſo diremptoqȝ p cā utriqȝ noctē inꝑuigilio ꝑſtitere:Sup̄iore aūt an̄ hāc pugnā die:gotthorum quidā & prima luce cōmeatus gr̄a importādi ad circūiecta eadem

e regione loca: p ſuos miſſi diſceſſerāt: q de hoſtiū aduentu certiores nil ante facti: cū noctu redirēt cōſpectis Romanoꝝ: mox ignib⁹ admiratiōe ſimul & formidine pciti: tū primū herere: nōnulli deinde piclitādo & audendo hoſtes fruſtrati: eadē Auximū nocte ingrediunt: q uero ſubito pauore correpti i pximas ſiluas delituere: ut Rauēnā ſe inde reciperent: nō lōge poſt: cū i hoſtiū prātem ueniſſent: ceſi occubuere. Beliſſari⁹ uero cū ferme aiaduerteret Auximū p ualidā eē ac munitiſſimā urbē: & eius ſe nō alicunde poſſe muros inuadere: haud quaq̄ rebatur: ui ſe hūc locū q̄n q̄ capturꝝ: Sperabat tñ arctius obſidendo: redactuꝝ ſe tandē hoſtes ad reꝝ neceſſariaꝝ inopiā: & hos ſubactuꝝ nō lōgo poſt tpis interuallo.

Et erat forte haud pcul a muris ager: q ſua ſponte herbas affatim ferret que utriq; Romanis itē & gotthis q̄tidiane pugne cām pbuere: Romāi nāq; cū has deſectū ite: equoꝝ in pabulū gotthos uiderēt: curſu citato i collē euadere: & cōſertis cū barbaris: manib⁹ opam nauādo pre ſe uirtutis ſpecimē ferre: ita ut eqtibus hoſtiū plerūq; ceſis: pabulari ceteros nō libere ſinerēt: barbari itaq; Romanoꝝ aſtu ac uirib⁹ ſupati: id demū excogitarūt: demptas e plauſtris cū axib⁹ rotas in ſummo collis paratas ſiſtunt: Ipſi interea pabula deſecare incipientes: cū ad collis medium ſupaſſe Romanos uidiſſent: rotas cōfeſtim i ſubeuntiū capita ui magnā ac ſuppe cōpulſas deferri ſinebant. Cūq; id ſepe cōtingeret: ut ad infimā eoꝝ uallē declare nemine offenſarent: & barbari ſua ſpe falſi: fuga ſe intra muros reciperent: aliā inde tuēdi ſe uiā aggrediūt: Ex ſua phalange quę forte tūc menib⁹ fuerat ppinquior cōſtituta: delectos q̄ſdā i inſidiis locāt & cū interea q pabula demetebāt e ſuis nōnulli cōparuiſſēt: & cū Romanis iā manus cōſeruiſſent: exorti ex iſidiis ſtatī q delituerāt barbari: in hoſte pſiliēdo: dū multitudine ſuparēt: & territādo ne ultra pgrederēt: quāmulcis occiſis in fugā ceteros uertere. Romani uero e caſtris oīa cōſpicati: cū ex iſidiis barbaros puidiſſent i ſuos prinus euadētes: & clamore ingenti ſocios ad ſe reuocarēt: nil prorſus pficiebāt: ab his nimiꝝ ut pugne intentis: & a ſuis longo diſtantibus interuallo: nullo pacto illoꝝ exaudiri poterāt uoces: Beliſſariū interim: ut in re trepida heſitantem. Procopius qui iuxta tūc aderat: & hunc librum conſcripſit: hunc in modū eſſe affatus eſt: Nonne Imꝑator aduertis: in proeliis nil quicq̄ aperte poſſe clamoribus denūciari: tū armoꝝ pre crepitu: tū bellantiū ſenſibus pre turba ac formidine occupatis: age pro uetuſto Romanoꝝ more: tubicines para: qui tubis modulos bifariam edant: alterum qui

Obſidetur auxi mum.

Procopii q hæc ſcripſit ad Beliſſarium Oratio.

iubenti hortantiq; ad prœliū perſimilis ſit: & milites in pugnam com-
pellat: alter qui/e/pugna ſe in caſtra recipiant iubeat. Beliſſarius igit̃
Procopii ſuaſionib9 delectatus: uniuerſo ad ſe exercitu cōuocato: orōnē

Beliſſarii oratio ad ſuos.

hmōi habuit. Animi prōptitudinē milites tādiu eſſe ꝓfuturā exiſtimo
& magna laude dignā q̃diu moderatior ſit: neq; ſe poſſidentibus iacturę
qd afferat: Nā & bona oia cū nimia fuerint in deteriora ueriti cōſueuere
cauendū itaq; id maxime ē: ne cōtētioſa uos audacia fallat: fugere nāq;
q mala ſit īgeſtur9: nullū ꝓfecto in dedecus cedit: q uero in prōptiſſimā
ſeſe calamitatē ingeſſerit: uel ſi incolumis fiat: dūmodo res ita eueniat:
temeritatis eſt ꝓculdubio & demētię incuſandus: ſtrenuus uero & gene
roſus habebit̃: ſi cū neceſſitas cogit: uirilē ſe ꝓbeat: Barbari qdē cū pari
nequeāt Marte uobis cū pugnare: p inſidias pdere cōnituntur: Sed uos
longe magis culpandi qui ſubire diſcrimen mauultis: quā eorum dolos
uitare ſiquidem nil eſſe turpius conſtat: q̃ ſe hoſtiū uoluntati pmittere:
per me igitur ne in iſtorum de cętero inſidias precipitetis curabitur.
Veſtrum autem erit cum primū receptui ſignum edidero: citato curſu

Tubaꝝ ſonitus Romano more inſtauratus.

ad caſtra redire: hęc aūt ſignificatio tuba fiet &/o/milites: his dictis Ro
mani cōſpectis circa pabula hoſtib9 q̃ celerrime ī eos impetū faciūt: ex
hiſq; prima incurſiōe nōnullos obtrūcāt: ex qbus & inter cęteros unum
Mauruſius cōſpicat9 aurea ueſte indutū: cōprehēſum a crinib9 ſpoliādi
cadaueris grā: p terrā trahebat: In hūc uir gotthus ali9 qdā pilo īmiſſo
traiectū deniq; cū cadauere ipſo cōiūxit. Nihilomin9 a crinib9 mortuū
Mauruſius trahere: ſecūq; enixe deferr̃: Interea barbari q ī inſidiis erāt
cū ſurrexere: quos Beliſſari9/e/caſtris ut primū ꝓſpexit: pedites qb9 id
fuerat negotii demādatū: tuba ut canet ēt iubet: rū milites claſſico reuo-
cati: ſtatim ſe retro ad caſtra recipiūt: & Mauruſiū telo traiectū mox re
ferūt: quos gotthi nil auſi inſectari re infecta diſcedūt: tpe aūt pgrediēte
cum rerum neceſſariarum inopia plurimū laborarēt: inter ſe cōſulta-
bant quemadmodū Vittigi ſignificarent: quo apud ſe ſtatu res eſſent:
Cūq; nemo id ſibi muneris delegari facile pateret̃: uel auderet id adire
diſcrimen (nō.n.ſe obſidentes latere q mitterentur poſſe rebantur) arte
uſi hac ſunt: nocte concubia quadam: & ſuboſcura attentius obſeruata:
ꝑparatiſq; quos ad Vittigē ire iā aīo deſtinarāt: hiſq; ī manus traditis

Aſtus quo nūtii clā emittant̃ ab obſeſſis.

lr̄is ad hūc deferendis: cū multū noctis iā eſſet: ingenti oēs ac uario bar-
bari clamore uociferari ac ſtrepere: atq; adeo ut crederet qſpiā trepi-
danter hos pturbari: hoſteſq; his ipſis ut capta ī urbe inſiſtere. Cū itaq;

nil poſſent Romani quoq̃ pacto quidnã gereret cõiectura percipe: ex Beliſſarii ſnia oẽs caſtris ſe cõtinere: & ex oppido ſuſpicari aliqd parari inſidiarꝫ: uł gotthorꝫ aliunde exercitũ hoſtib⁹ opẽ laturꝫ in ſe aduẽtare: queę oĩa ueriti exiſtimabant longe ſibi melius fore: ut intuto manerent: qeſcendoq3 incolumes ſeruarent: q̃ in apertũ diſcrimen: & nocte p̃ſertĩ luna deficiente obtenebrata irruere: Sic itaq3 barbari hoſtibus fruſtra iã habitis: quos aĩo deſtinarant: Rauennã miſere: qui cũ hoſtiũ nulli in conſpectũ ueniſſent: poſt diẽ tertiũ Vittigem adeũtes: huic lr̃as tradũt: in hanc ſniam ſcriptas. Dũ in Auximi nos p̃ſidiũ/o/rex collocares: facile affirmaſti: nõ ſolũ nobis Rauẽne claues: ſed totius imperii te cõmẽdaſſe unde & id nobis iniũxeras: totis ut id oppidũ uiribus ſeruarem⁹: ne pro nr̃a uirili gotthorꝫ hoſtib⁹ traderemus impiũ: Aſſeuerabas p̃terea cũ oĩ exercitu ultro te affuturꝫ: ſi ope tua indigerem⁹. Nos uero ad id tpis fame parti opprimimur: partim p Beliſſariũ oppugnamur: fidoſq3 cũ ſatis iã cõſtet tui nos eẽ regni cuſtodes: tu tñ nr̃i nulla habita rõe: nõdũ afferre ſubſidiũ ſtatuiſti: Caue ergo ne forte Romanis claues has detrã hentib⁹: eorꝫ q̊s ita cõtemnis: i hac cõcluſiõe & cõmeat⁹ penuria: teneri: corpora haudquaq̃ de cętero q̃unt: Vittiges uero lr̃is ſtatim plectis: dimiſſiſq3 nũtiis extẽplo ſe pollicet̃ Auximũ cũ uniuerſo exercitu aduẽturũ: deniq3 aĩo pleraq3 agitãdo: nec qppiã exequẽdo cõgeſcebat. Ioannẽ uerit⁹ ne poſt terga ſe inſectãdo i mediũ cõgeret utriq3 cedendũ. Ad id accedebat qđ bellicoſiſſimos uiros totiꝰ Romani exercitus robur: apud Beliſſariũ eſſe exiſtimabat: qua ex re mimiũ terrebat̃: ſed oĩu3 maximũ fames hunc pturbarat: cum minus haberet unde exercitibus neceſſaria ſumminiſtraret: cum Romanis ut mare iam poſſidentibus: & habentibus: Anconæ preſidiũ ex Sicilia cõmeatus: Calabriaq3 abunde in caſtra facile qdem ac ſuo tempore deportarentur. Gotthis uero i agro piceno tunc militantibus neceſſariarꝫ rerum nil quippiam eſſet: nec ſatis ſuccurreret unde nam ſuppeditari uictus his poſſet: Itaq3 his anxius curis conflictabatur. Iam uero Auximũ redierant nuntii & Vittigis pmiſſa retulerant: atq3 adeo uana ſpe cõfirmauerant barbaros: Sed his oĩbus ex trãſfuga quod a Beliſſari⁹ cognitis diligẽtius cuſtodias fieri iniũxit ne qs id ipſum eſſet iterato factur⁹. Cipriani aũt Iuſtiniq3 copię feſulas obſidentes: nec muros quidem aggredi poterãt: nec his prorſus appropinquare. Erat nãq3 id oppidũ undequaq3 aditu difficile. Sed barbaris

Litteræ p̃ſidii Auximani ad Vittigem.

Vittiges inops conſilii in ſoluẽda Auximi obſidione.

Feſularꝫ obſeſſio

crebro iam erūpentibus:& uolentibus bello decernere potius q̄ rerum neceſſariarum inopia premi: Cominus tum primū pugnatū: deinde cū ſuperiores Romani euaderent cōncluſos intra mœnia hoſtes diligenter adeo aſſeruabant: ut inde nemini deinceps exeundi poteſtas fieret. Barbari igitur inopia cōmeatus affecti: & ex preſentibus rebus incerti quid acturi nā eſſent: Romanos rurſum fruſtrati ad Vittigem mittunt: qui enixiſſime precarentur ſtatim ſibi ut opem & auxilium ferret: & ſimul denunciarent: haud quaq̄ ſe hoſtibus reſiſtere de cętero poſſe. Vittiges

Vrias e Liguria in Picenum cū3 copiis.

itaq3 Vrię mox iuſſit: cū eo quecq3 in Ligures haberet exercitu: i picenū ſe agrum conferret: nuntiiſq3 ſe affirmauit cum uniuerſis Gotthoꝝ pro pediem copiis: obſeſſis ſuppetias aduenturꝝ. Vrias itaq3 Vittigis iuſſu Picenū uerſus e Liguria exercitum mouit: traiectoq3 pado q̄ proxime Romanoꝝ ad caſtra puenit: ibiq3 & ipſe ſtationibus cōmunitis hoſtiu3 exaduerſo conſedit: & ab his haud longius ſtadiis ſexaginta: neutris tñ pugnæ initiū factum: Romanis ſatis fore ducentibus: ſi impedimento hoſtib9 eſſent: ne ad obſeſſos quoq̄ pacto accęderēt: barbaris uero eodē manentibus: & uolutantibus animo queādmodū cū hoſte pugnarēt: ne forte ſi male re geſta ea pugna deuicti ſpe fallerentur: Gotthoꝝ res ſun ditus perderent: qppe qui ne cōiunctis quidē cū Vittige copiis obſeſſis ſint alias opitulatū uenturi: his itaq3 ſic uaria ſentientibus: nihil utriq3 innouabatur. Franci interea certiores iam facti Gotthoꝝ uires aſſiduis fuiſſe bellis debilitatas: per eoſdemq3 facile ſibi cōſiderent: maxima3 ſe italiæ partem uendicaturos: moleſte ferebant ſi tādiu de eius ꝓuinciæ principatu hi bello decernerent: quæ ſibi eſſet tam proxima. Ipſi uero quieſcendo & ſegniter omnia pagendo nil cuiq̄ negocii exhiberent. Ex templo itaq3 iuſiurandi & fęderum ꝓrſus obliti: quæ pauloante ut cu3 Romanis: ita & Gotthis iniuerant (Eſt nanq3 ea hominū natio ad fide3

Franci ſemper p fidi.

prodendam cæteroꝝ mortalium longe promptiſſima) ad hominū mi lia centū cōtracto exercitu: Theudiberto duce in Italiā ueniūt: Sed ma

Theudibertus. Francoꝝ. C. milia in Italiam.

iorem impartem hi pedites erant: per pauci eqtes: & hi quidem haſtati cęteri uero nec arcus qdē nec tela geſtātes: ſed enſem & clipeū ſecurimq3 cuius ferrū craſſius erat & utrinq3 acutū: haſta uero breuior admodū:

Francoꝝ arma.

hanc franci ſecurim in primo ipſo congreſſu in hoſtē iacere cōſueuerūt: & eo impetu ut hoſtium ſcuta pfringant: & ipſos ſimul interimant: Sic franci alpibus ſupatis: a gallis italos dirimētibus: in Liguriā ꝑuenere:

quoꝝ leuitatem & audaciam primi omniũ Gotthi qui in Liguria erant nimiũ demirati: moleſte hos & grauiter ferre: quod cum & loca ipſi his pleraq; & pecuniaꝝ uim maximã polliciti antehac ſæpe pro incunda ſecũ ſocietate fuiſſent: adduci nũq̃ potuerint: ꝑ ipſoꝝ gotthoꝝ ꝓmiſſis: quicq̃ ut rei exequerent̃: nunc ultro in Italiã ueniãt: Sed Gotthi qui in Piceno conſtiterant: ubi Theudibertũ francoꝝ ducem maximis adeſſe cũ copiis accepere: aĩo exhilarati: ſpeq; optima freti: maximũ inmoduꝫ efferri: & nullo negocio ſuperaturos ſe Romanos putare· Franci uero in Liguria cũ interim eſſent: nil prorſus gotthis moleſtię intulere: ne padi ſe tranſitu prohiberent: ubi uero ad eam picentiũ partem ſe contulerũt: cuius flumini ueteres Romani cõſtrato pontẽ impoſuere: eius loci cuſtodes cũ alia pleraq; benigne his prebuiſſent: & padum ſimul traicerent pro arbitrio ac libere ꝓmiſerũt: Tum Frãci ponte p̃occupato & p̃ſidio in poteſtatẽ redacto: uxores liberoſq; gotthoꝝ quos ibi deprehenderãt imolare: in eoſq; acrius deſeuire: corporaq; inbelli primitias in flumen iacere: Nã barbari hi & ſi Chriſtũ iam colerent: pleraq; tñ priſcæ opinionis & cultus uel ad id temporis ſeruant: nã & hoſtiis utunt̃ humanis: nec pie quidẽ: nec ꝓ uera religione ſacrificãdo uaticiniis ſtudẽt· Gotthi itaq; quæ gerebant̃ animaduerſis ignauiter mox trepidare: & ad fugã intenti ſeſe intra muros recipe· Franci demũ flumine pado tranſmiſſo: Gotthoꝝ ad caſtra ſe cõferũt: q utiq; uolẽtes & hilares paulatim hos ſe adeuntes ꝑ benigne ſuſcipiũt: rati quidẽ iungendoꝝ fœdeꝝ gratia hos ad ſe ꝑueniſſe· Poſtq̃ uero gotthoꝝ caſtra magnis franci agminibus inuaſere: multitudine freti: inferre his bellũ cęperunt: ſecureſq; iaculãdo ingenti iactura afficere· Vnde mox gotthi caſtris exuti ſeſe in fugã proripiunt: pmediaq; Romanoꝝ caſtra uadentes: recta Rauennã & curſu citato contendũt: quos fugientes Romani ꝓtinus cõſpicati Beliſſarium adeſſe rebantur: & captis hoſtiũ caſtris ſibi opitulatum ueniſſe: ex hiſq; ut bello uictorẽ ꝓbarbaro eieciſſe: eunt itaq; uno agmine omnes ſeſe ut Beliſſario iungãt: & celeri curſu & inexplorato: armati mox prodeunt: hoſtiũ deinde: nil tale quippiã opinati: cũ in exercitũ incidiſſent: nec retro poſſent qua uenerãt ſe quoq̃ pacto recipere: in Tuſciã oẽs fuga contendunt: quo demũ ubi eſt uentũ & in tuto iã cõſtitere Beliſſariũ de his faciũt ſtatim quę ſibi acciderant certiorẽ· Franci igit̃ gotthis ut diximꝰ Romaniſq; ſupatis: captiſq; duorum exercituum ſed ſine milite caſtris

Francoꝝ ſeuitia

Franci humanis uictimis Chriſto ſacrificabãt·

Franci ꝓditione Gotthoꝝ caſtris potiuntur·

Romani Frãcos fugiunt·

inuentam in his rerum neceſſariaꝝ affluentiſſimã copiã: pre hominũ multitudine breui abſumunt: cumq́ eius regionis in locis igne ferroq́ uaſtatis: preter boues & padi fluminis aquã nil prorſus aliud quippiã in cibum potumue haberent: bouilliſq́ carnibus ingurgitati: & aquã abunde epota: digerere affecto iam ſtomacho cibum nequirent: uentris ſtatim pro fluuio diſſenteriæq́ morbo eoꝝ pars maxima capitur. Quo malo haud quaq̃ liberari pre rerum neceſſariaꝝ inopia poſſent: tertiã ferunt francoꝝ exercitus partem interiiſſe: unde cũ ad progregiendum nulla uis eſſet: eodem manſere. Beliſſarius uero cũ francoꝝ exercitum adeſſe intellexiſſet: Ioannis Martiniq́ copias uictas fugataſq́ eſſe: incertus quid ageret angebatur ut qui cæteris copiis nõ parum timeret: & his precipue quæ feſulas obſiderent: ut quibus ꝓpinquiores eſſe barbaros accepiſſet: Itaq́ ſtatim Theudiberto francoꝝ duci litteras hmõi ſcripſit. Virũ eqdem/o/ Theudiberte qui uirtutis ſibi quippiã uendicet mentiri ac fidem fallere nequaq̃ decere exiſtimo: & eum preſertim qui tante ſit multitudinis princeps: quin etiã iuſiurandũ litteris traditum uiolare: pactioneſq́ recens factas cõtemnere nec abiectiſſimis quidem hominibus fuerit nõ indecoꝝ: In his oibus quantũ deliqueris ſatis iam noſti: & eo magis quo & bellũ aduerſus gotthos nobiſcũ una te ſuſcepturum ꝓmiſeras. Nũc uero ne noſtrũ utriſq́ auxiliũ ferres: nõ ſolũ haud quaq̃ procul & ſeorſum aliquo cõſtitiſti in loco: ſed armis temere ita deſumptis: nos oppugnatũ nunc uenis. Deſine ergo nobis arma inferre: & maximũ imꝑatorem laceſſere: & eum afficere in pñti iniuria qui uicez reddere maioribus in rebus ſat queat: Cõſtat ſane id longe eſſe preſtantius: ſua ut quiſq́ ſecure poſſideat: q̃ dum aliena nimiũ appetit: uel de neceſſariis admodũ rebus periclitet: hac Theudibertus ꝑlecta epła: diu aĩo fluctuatus: cognita ſui temeritate atq́ adeo grauiter ferens: qđ nulla de cauſa: & deuaſtata in terra tot hominũ iacturam feciſſet: cum his qui ſibi reliqui fuerant: protinus mouit: & domũ raptim abire contendit. Poſt huius receſſum Ioãnis Martiniq́ copię Feſulas reuertunt ne quem forte in ſuos qui id adhuc oppidũ obſiderant inſultũ barbari facerent: Gotthi interim qui Auximi erant de francorum diſceſſu facti hauddũ certiores: ſpei demũ ex Rauenna auxiliorum tam ferę diffiſi: iterato Vittigem obteſtandi percupidi: cum haud quaq̃ fallere hoſtiũ cuſtodias poſſent: iſtius modi nacti ſunt rei conficiendę occaſionẽ. Erat

Franci nimia crapula in morbos incurrunt.

Tertia francoꝝ pars morbo pit.

Beliſſarii lr̃æ ad Theudibertum

Franci qua uenerant temeritate eadẽ reuertunt Feſule rurſus obſedentur.

eum Romanis ad proximam urbis cuſtodiam deſtinatis Beſſus genere
quidã Burgentius noĩe:ſub Narſete armenio cõſtitutus:hunc gotthi &
ſolum:die medio habentem cuſtodiã : ne quis forte eam ad urbem utro Res ad Auximũ
citroq; uentitaret:uel inde exiret:relictũ ut primũ uiderunt cũ eo mox geritur·
conferre ſermones : proximeq; adire : & fidem dare: nil mali ab ſe hunc
per peſſurum iubereq; item ad ſe ut tuto ueniret:& magnam identidẽ
illi pecuniam polliceri Vbi uero ſimul eſt uentum:precari eundẽ bar-
bari hortariq; epl̃am ut Rauennã deferret:polliciti certũ auri pondus
ei ſe ſtatim ꝑſoluturos:daturoſq; poſtea maius : ubi ab Vittige litteras
retuliſſet·Miles itaq; pecunia perſuaſus: opam ſe ad id nauaturũ fatet: Miles Beſſus
& ꝓmiſſa ſtatim exequitur : litteris itaq; obſignatis a gotthis acceptis: proditor·
celerrime Rauennã peruenit: Vittigiq; i manus has tradit quę inſerẽnt
ſignificantes· Quẽadmodũ apud nos ſe preſentia habeant aperte mox q;
didiceris:ſi modo roges quis nã is ſit q ad te epl̃am defert : quãdoquidẽ Lr̃æ Auximita-
Gottho homini cuiq̃ nulla ꝑſus hinc ſit abeundi facultas:nobis nimiꝝ noꝝ ad Vittigẽ·
abundantiſſima eſt circa pomeriũ herba : quã utiq; ne attingere quidẽ
in preſentia poſſumus:ſine magna noſtroꝝ hominũ dum pro eo legẽda
certatur iactura:hęc nobis quẽ finem ſint allatura : te q̃dem:& gotthos
q Rauẽne ſunt decet aĩo uolutare·His lr̃is plectis Vittiges ita reſpõdit· Vittigis reſpon-
Nemo uẽſtrũ [illegible] omniũ amantiſſimi uiri exiſtimet ita me animo cõcidiſſe ſio ad Auximit:
neq; eo ueniſſe malignitatis:ut pre ignauia atq; ſocordia res ipſas got-
thoꝝ neglexerim : Mihi ſiq̃dẽ nuꝑ ad exercitũ apparatu quã maximo
educendum:ſummũ ſtudiũ fuit: Vrias deinde quem Mediolanũ antea
miſerã ꝑ me reuocatus iam uenit : francoꝝ tamen inſultus ex inſperato
incidens omnẽ nobis conatum interturbauit : cuius rei haud quaq̃ ipſe
ſum incuſandus:nam quecũq; ſupra humanas ſunt uires:uel his qui ſpe
nõnunq̃ ſua fallantur:ueniã prebent:& ut crimine uacent:efficiunt for-
tuna ſemper ad ſe ipſam trahente reꝝ geſtaꝝ delicta : nunc uero ubi &
Theudibertũ a nobis procul abſceſſiſſe:compertum habemus:ſi deo id
placitum ſit:cum uniuerſo gotthoꝝ exercitu paulo poſt affuturi uobis
auxilio ſumus· Oportet igitur ut preſentem ſtrenue fortunã feratis:&
uos ipſos neceſſitati acõmodetis:utꝗ imprimis habita ratione uirtutis:
cuius ob grãm Auximi uobis ut plane delectis cuſtodiã demandaui:&
Gotthoꝝ de uobis expectationem ut uereamini:qui ueſtrã ſalutem ſuę
Rauennæq; anteponunt·Cum his Vittiges lr̃is nuntium:magna prius

donatum pecunia a ſe ſtatim dimiſit: qui ubi ad Auximũ uenit: primũ ſe ad ſocios contulit: pro eius abſentia ualitudinem non ſatis proſperam cauſatus: unde in ſacram quandã & proximã ædem cõcedens aliquãdiu in ea pmanſit: ad ſuũ deinde cuſtodię munus reuertens: ſuos fruſtratus hoſtibus lr̃as tradit: quibus preſidiarii milites palam plectis: cæteros & ſi fame oppreſſos: ſpe futura confirmant: unde & Beliſſario & ſi hĩs pleraq; pollicenti: dedere ſe haud quaq̃ uolebãt. Sed rurſum hi (haud dum enim ex Rauenna exercitũ ad ſe aduentare nunciabatur) neceſſariarum rerum inopia q̃ maxime urgebant: itaq; iterato ad Vittigem Burgentium mittunt: id ſolum per lr̃as ſignificãtes: ad quintũ dũtaxat diem: nec eo amplius cũ fame colluctari ſe poſſe: ad quos nuntius idem ab Vittige lr̃as defert: ad ſpem priori ſimilem erigentes: Romanis interea iam egre ferentibus qđ interea penitus deuaſtata in tam longa deti nerentur obſidione: animos defixerat ſtupor: cum barbaros uiderent ipſos: & ſi tot malis conflictarentur: nondũ tamen ad ſe conceſſiſſe: unde & Beliſarius id ſedulo niti: egregiũ aliquem bello ex hoſtibus uirũ in poteſtatem redigere: ut per hunc iam certior fieret: cuius nã rei fiducia tam grauia barbari tolerarent. Animo itaq; hæc agitanti Valerianus ea in re operam illi nauaturũ ſe pollicetur: eſſe nãq; ſua ex cohorte affirmans: & Sclauenorum ex gente nõnullos: qui uel anguſtiore ſub rupe arbuſtoue delitеſcere conſueſſent: eoq; pacto ex hoſtibus quem uellent arripere: cuius rei cum ad hiſtrum flumen ubi ſedes ipſi haberent: tum Romę in barbaros alios periculũ factitaſſent. Beliſarius itaq; cũ ſibi hæc dicta perplacuiſſent: Valeriano ſtatim iniunxit: id ut negocii diligenter curaret: tum ille delectũ ex Sclauenis aliquẽ unũ qui et corporis magnitudine multis preſtaret ac robore: uir q; acerrimus eſſet: & ad eã rem pidoneus: ex hoſtibus aliquẽ cõprehenſum ad ſe ut deduceret miſit Promiſiſq; hunc onerauit: ſi modo factis id rei exequeretur. Sclauenus itaq; ille mox abiens ante lucano tempore cum in collem euadit in quo pro pabulo deſecando quotidie certabat: ubi q; humi pſtratus: ruboq; & ſentiſcetis intentus delituit. Tum ſimul ac dies illuxit: Vir Gotthus quidã eodẽ adueniens herbas mox legere nec ex rubo quippiã ſuſpicari quo ille integebatur: ſed identidem ſubiecta in caſtra deſpicere: caueretq; item: ne quis in ſe hoſtiũ aduentaret: tum derepente Sclauenus exortus barbarum a tergo inuadit: cõplexuſq; mediũ & ſimul elatũ Romanoq;

Sclaueni accolę hiſtri.

Gotthus quidã ſublimis rapit̃ a Sclaueno.

in caſtra mox intulit: Valerianoq̃ in manus contradit: qui barbarum
diligenter ſciſcitari mox cepit: cui nam rei confiſi gotthi: quidue ſpei uel
roboris nacti: Romanis ſe dedere recuſarent: ſed ultro ea tunc paterent
quæ eſſent grauiſſima toleratu: Tum barbarus quę cũ Burgentio acta
per gotthos fuiſſent omnia explicauit: illũq̃ in eius conſpectũ ꝓductũ
aperte proditionis cõuicit. Burgentius uero poſtq̃ ſe proditũ ſenſit: eorũ
quæ fecerat nihil occuluit: quẽ ſua ex cõfeſſiõe Beliſſarius cõdemnatũ
ſociis tradidit pro arbitrio trucidandũ: illi uero in hoſtiũ conſpectu nõ
longe poſt uiuũ cremarunt. Beliſſarius interim cũ non minus in eorum
animaduerteret pertinacia gotthos & calamitate ꝑſiſtere: ad adimendã
his aquã aliquid moliri adiecit animũ: & facile id ſe facturũ rebaẽ. Erat
Fons Auximi quidã in boreã uerſus & loco ꝓrupto exortus ad lapidis
iactum ab urbe procul: q̃ tamẽ modico curſu in uetus aquę receptaculũ
influebat: quod utiq̃ interiori ex parte: & ſi ꝑtenui fluxu: aquationem
tamen oppidanis prebebat: itaq̃ ſi non unũ in locũ aqua ſubſiſteret: ſed
diuerſim fluxura diſpartiretur: haud quaq̃ barbaros a Romanis miſſi-
libus impetitos implere amphoras poſſe in poſterũ uidebantur: deniq̃
cũ interrumpere Vrnam antiquã illã ꝑuellet: ad id cõmodius ꝑagendũ
hũc modũ excogitauit. Oẽs ĩprimis copias armari haſq̃ circa muros ĩ
pugnã cõſtituit: ſpeciẽq̃ hoſtibus ꝓbuit: undequaq̃ ſe mœnia & ꝓtinus
aggreſſurũ: unde & Gotthi Romanorũ inſultus iam ueriti: in propugna-
culis taciti conſtitere: ut inde hoſtem oppugnaturi. Beliſſarius interim
Iſauros quinq̃ architecturę peritos: cũ dolabris inſtrumẽtiſq̃ aliis ad
lapides excidendos idoneis: in aquę receptaculum illud: ꝓlatis clypeis
tecto immiſit: demolirique illud & interſcindere oĩbus uiribus & q̃celer-
rime iuſſit: Barbari itaq̃ q̃diu mœnia hoſtes aggreſſuros ſuſpicabãtur:
quieti manebant: ut ſubeuntes q̃ proxime facilius ccderent: cũ alioquin
quod altera ex parte in ſe gerebaẽ nullo pacto aduerterent: Sed poſtq̃
intra aquę receptaculũ Iſauros ꝑſpexere ſaxa ĩ hos ſtatim & telorũ genꝰ
omne ſupne cõiiciunt: unde Romanis omnibus territis: & curſu citato ĩ
caſtra ſe referentibus ſoli Iſauri quinq̃ illi relicti: ubi in tutum ſeſe reci-
pere: operi demoliendo incũbuerunt: & cõcameratũ forte ſupra aquam
ędificium erat a priſcis hominibus adumbrandi loci de cã ſtructũ: ſub
eo dũ Iſauri cõſtituiſſent: & ſi ſe immiſſa p barbaros tela nil magnifacerẽt
Gotthi pręindignatione cũ ſe mœnibus continere haud quaq̃ de cætero

Miles proditor a ſociis uiuus crematur.

Fõs iuxta Auxi-mum.

Fontis urnã ſcindere parat Beliſſarius.

poſſent: patefacta ex ea regione mox portula aduerſus Iſauros uno agmine oẽs indignabundi ferunt: Tum uero Romani Beliſſario adhortante:

Pugnatur pro fonte.

celeri ſtudio gotthis occurrunt: Fit itaq; fortior pugna diutina quadam ac crebra impulſione: cedeſq; utrinq; immodica: ex Romanis tamen plures cadebant: ut e loco ſuperiore barbaris in hos depugnantibus: unde uel pauci uim plurimis inferebant: atq; adeo ex impreſſiõe ſuperiores iam facti non incruenta & ipſi uictoria mortem oppetiendo ſuper ſtragem hoſtium procumbebant: non enim his cedere Romani uolebant: ut quos Beliſſarii preſentis hortantiſq; ad bellũ puderet: quo in tumultu ab uno quodam ex hoſtibus immiſſa in Beliſſarii uentrem ſagitta: magno cum impetu ferebatur: Sed illi ut in re trepida: & minus preuiſa (non enim in anguſto cauere ſibi ſat poterat: uel alio iter

Armiger ſagytte occurrit imiſſe in Beliſſariũ.

diuertere) ſaluti armiger fuit: qui cũ e propinquo aſtaret: uenientem auertit oppoſita manu: ab eo ſagittam qua ipſe percuſſus: prelio ſtatim exceſſit: quod utiq; cum prima luce cepiſſet: extractum in meridiẽ eſt: Sed in eo uiri ſeptem armenii e Narſetis cohorte & artii prefectorum egregie ſe geſſerunt: quippe qui proruptis in locis & difficillimis: ut in planitie decurrẽtes: hoſtiũ pleriſq; & reſiſtentiũ interfectis: tamdiu ea e regiõe barbaros ſunt inſectati: quoad tandẽ in fugã penitus auertere cum his & Romani quidã gotthos una inſequendo effuſe in fugã actos operam eo bello nauarunt: barbari deniq; intra muros ſe receperunt. Sed Romanis demolitũ per Iſauros fuiſſe iam ædificiũ illud exiſtimantibus: cõpertum poſtea eſt: ne lapidem ex eo hos detraxiſſe: nã ueteres

Fornix fontis inuiolabilis.

opifices illi cũ maximã fabricandis operibus ſolertiã impediſſent: id tã ualide ſtruxerãt: ut nec facile poſſet temporis diuturnitate collabi: nec ſatis foret ad hominũ iniurias oportunũ: unde re infecta Iſauri: cum a Romanis eum locum teneri iam cernerent: in caſtra ſe receperunt: Be-

Aquã corrũpit Beliſſarius.

liſſarius deinde quicquid erat ubiq; cadauerosum letiferũ ue: cõiici eaʒ in aquam iubet & calcem affatim reſtingui. Barbaris uero modicę aquę intra męnia puteus uſui erat: ſed longe minus q̃ neceſſitas poſtularet: Beliſſarius demũ nihil de cætero diligentiæ adhibere: ui ut oppidum caperet: uel ut aquã adimeret barbaris: uel aliud quippiã in hos moliretur: ſed ſola fame ſuperaturũ ſe hoſtẽ ſperare: & iccirco ut per quã diligenter uigilię fierent ſtudebat. Gotthi uero q in Auximi preſidio erãt a ex Rauenna adhuc auxilia preſtolantes: in ſumma rerum neceſſariaꝝ

inopia quieſcebant·Iam·n·& qui Feſulis per Romanos obſidebatur cuꝫ
maximũ inmodũ fame diuexarenť :neqꝫ id ferre mali diutius poſſent:
deſperatis ex Rauẽna ſubſidiis accedere ad hoſtes cõſtituunt:Vnde ubi
cũ Cipriano & Iuſtino in colloquiũ demũ ueniſſet:fide ꝓ corporũ inco
lumitate accepta:ſe ipſos & oppidum dedunt:hiſqꝫ per Romanos inter
cipriani milites ęqua cum caeteris ſorte receptis:& feſulis impoſito uali
do ſatis preſidio:Auximum omnes ſe cõtulerũt·Beliſſarius uero gottho
rum duces qui ſubactis ex feſulis ad ſe nũp peruenerant:barbaris oſten
tandoq Auximi erant:ut inſanire tandem deſinerent hortabať : & affu
turi ex Rauẽna ſubſidii ſpe omni reiecta:ſe potius dederent: quandoq
dem:& ſi plurimũ fame iam eſſent:& inędia macerati:eandẽ tamen in
ſortem uenturos ſe ſcirent:quã & Feſulis barbari habuiſſent· Tum illi
cũ haec animo agitaſſent:nec famem poſſent diutius tolerare:ea cõditio
ne dedituros ſe oppidũ Romanis decernũt:ut ſaluis corporibꝰ ac ſimul
fortunis:libere Rauẽnam abirent:unde & Beliſſarius qd nã eſſet i pre
ſenti acturus ut animi dubius:& ſi id fore ſibi inutile ratus:eo ut robo
re ac multitudine hoſtes:cũ Rauẽnę exercitibus iũgereť : Tempus tñ
longius extrahi haud quaq̃ cenſebat:Sed Rauennam ſtatim aduerſus
Vitigem ſuſpenſus adhuc & ambiguis rebus ducendum exiſtimabat:
Franci nimirũ hũc obturbarãt :quos gotthis putabat ſuppetias aduen
turos:quorũ aduentũ cum ꝑuenire ſumo ſtudio niteręť :obſidionem ſol
uere niſi Auximi pręſidio potitus nõ poterat: Ad haec accedebat quod
nec milites ipſi id fieri ſinebãt:ut abeuntibus e pſidio barbaris res ſuae
cõcederentur cicatrices & uulnera oſtentantes qbus per hos affecti fuiſ
ſent:& laboribus recenſitis qui in ea ſibi obſidione antehac contigiſſent:
quorũ ꝑmia deuictorũ hoſtiũ ſpolia eſſent:Sed Romani demũ tẽporis
breuitate coacti:& gotthi fame cohercitũ inuicem in id cõuenere: bono
rum ut ptem dimidiam Romani inter ſe ptirenť :reliquã gotthi ut ſibi
haberent ſeqꝫ ꝑſtarent impatori Iuſtiniano ad obedientiã faciles: ꝓ his
oĩbus data utrinqꝫ fides:Romanis principibus iureiurando aſſeueran
tibus:firmiora apud ſe fore cõucta:& gotthis pollicitantibus:nihil ſe re
rum ſuaꝝ occultaturos:partitis itaqꝫ inter ſe rebus:Romani quidẽ Au
ximo potiti ſunt oppido:barbari uero Imperatoris exercitibꝰ ſe miſcue
re·Beliſſarius autẽ Auximo urbe in poteſtatem redacta: Rauennã ut
obſideret:dum iter accelerat:eo cõfeſtum copias duxit : Magno priꝰ ꝑſe

Feſule dedũtur· Romanis·

Gotthi de cõpacto Romanis im miſcentur·

Auximũ dediť

ctocū exercitu nō paruo dimiſſo: iuſſoq́ȝ ſupra Rauēnā fluminis padi ripas continenter circūeundo diligentius aſſeruare: ne inde gotthi neceſſaria ſibi conueherent· Bitalio preterea q cū exercitu ex dalmatia nuper redierat: alterā fluminis ripā ſeruandā tradit: Sed his fortuna oblata celerius eſt: prę ſe aptiſſime ferens quemadmodū in omni re plurimū dominetur· Iam·n·nauigiorū uim maximā in liguria cōtraxerant gotthi: & in padum flumen immiſerant: cū hiſq́ȝ frumento & neceſſariis aliis rebus repletis: animo deſtinarant: Rauennā protinus nauigaē

Padi ad Rauennam mura defectio·

ſed per id tempus ſic fluminis aquæ defecerant: ut tādiu nauigandi facultas eſſet his intercluſa: quoad ſupuenietes Romani nauigia ſimul cū oneribus caperent: ſed flumen ipſum nō longe poſt in priſtinum decentemq́ȝ fluxū reductū: nauigabile decętero fuit: qđ utiq́ȝ antehac accidiſſe nunq̄ accepimus· Iamq́ȝ & barbari cęperant rei frumentariæ inopia p̄mi ſiquidē nec ex Ionico ſinu: hoſtibus maris Impiū obtinentibus: inferre aliquid poterant: & flumine prorſus excluderentur· Cognitis igitur franci quæ gerebantur: ut uendicandæ ſibi Italiæ cupiditate detenti: ad Vittigem oratores: ſub p̄textu ineundę ſecum ſocietatis dimittunt cū alias his aīo eſſet gotthorū locis imperitare: Quam rem Beliſſarius ut primum accepit: alios & ipſe ad eundem uittigem legat francorum oratoribus cōtradicturos: quos inter & Theodoſium miſit ſuæ familiæ p̄ſidem: priores igitur germanorum legati: ubi in Vittigis cōſpectū eſt uentum: orationem hmōi habuere: Germanorū nos principes ad te miſerunt p̄moleſte ferentes·p Beliſſariū uos obſideri: quibus ex fędere auxiliū ferre: & q̄ fieri celerius poteſt nūc ſtudent: uirorū aūt fortiū nō minus q̄ quinquies centena milia ſupaſſe iam alpes exiſtimamus: quos uti q́ȝ uel ſecuribus ipſis Romanoꝝ exercitū omnē primo impetu obrututuros eſſe gloriari ſat poſſumus: Enim uero haud quaq̄ par fuerit eoꝝ ſententiā ſeq: q redacturi in ſeruitutē uos ſint: ſed illoꝝ poti⁹ qui pro ſua in gotthos beniuolētia: in belli diſcrimen cōſtiterint: Accedit & qđ ſi nobiſcum arma cęperitis nulla ſpes ſit Romanis deinceps futura: cū duobus exercitibus poſſe ſe manus cōferre: quin potius ex his ipſi relaturi ī bello uictoriā ſumus: Quod ſi cum Romanis ſe iunxerint gotthi: neq́ȝ hoc pacto ſat poterūt francorum genti reſiſtere: nō enim: ex paribus eſſet uirib⁹ futurā certamen: Sed illud uobis relinqueretē: ut cū oīum ſiis una infenſiſſimis peruincendi: At qui impromptū uelle aptumq́ȝ diſcrimen

Francorū legati ad Vittigem p ſocietate ineunda·

Diſceptatio legatoꝝ Francorum & Beliſſarii coram Vittige.

Francoꝝ oratio·

irruere:cum liceat extra periculum conſiſtendo ſaluari dementia ē:Romanum preterq̃ genus uniuerſis infidum barbaris eſt:quippe quod ſuapte natura oderit omnes:& cæteros hominum pro hoſtibus ducat: Nos igitur uobis uolentibus uniuerſæ Italiæ una imperabimus:& terras haſce quã optime adminiſtraturi ſic ſumus:ut uiſum noſtrũ utriſq; fuerit:te itaq; & gotthos par erit ea deligere quæ uobis ſunt profutura Romanorum deinde Legati hunc ſunt inmodum locuti: Quemadmodum Imperatoris Romani exercitibus haud quaq̃ offectura francoru; ſit multitudo:qua perterrere iſti uos uolunt:quid nobis opus eſt pluribus explicare:qui ex diuturna bellicæ rei experientia belli momenta ſatis callemus:& ex hominum aduerſantium copia:innatam fortibus uiris uirtutem nil poſſe imminui non ignoramus: Omitto id dicere qđ imperator militum numero longe plurimum hoſtes nunc ſuperet: iſtorum autem fides qua in uniuerſos barbaros uti ſe iactant: poſt Toringos & Burgundionum gentem:& nos ſotios ſpectata antehac fuit. Sed francos iſtos/& tam iactabundos libenter rogauerim per quemnam deum iuraturi id ſint:cum uobis affirmant ſe fidem daturos: que aliquid habeat firmitatis:nam quem ante hac iureiurando obteſtati fuere: quonam ſine demum proſecuti honore ſat noſtis:quippe cum noſtra his ornamento fuiſſet ſocietas:ne belli quidem diſcrimen ſubiere nobiſcum ſtaterint:quin potius contra nos arma impudenter deſumpſerant:ſiqua forte eorum quæ ad Padum antehac obtigere apud uos fama ſeruatur. Sed quid ꝑerit recenſendo iſtorum impietatem arguerim:cum preſente hac ipſa legatione nil fieri ſceleſtius queat:nam perinde eorum obliti iam ſint:quæ ſuamet ipſi confeſſione uobis polliciti ſunt:uobiſcum ad huc omnium uolunt participes fieri:Quod ſi per uos iſti ad aſſequenť: quoniam tandem iſtorum euaſura ſit inexplebilis fames eſt aduertendum: Vbi dicendi per legatos finis eſt factus: Vitiges cum gotthorum primoribus diutius collocutus:cum Imperatore paciſci: poſthabitis cęteris maluit. Germanorum dimiſſis re infecta legatis: Interea Gotthi Romaniq; inuicem ſe inuitare:uerſariq; mutuo. Beliſſarius tamen cuſtodias identidem aſſeruari iubere:ne barbari coõmeatus inſerrent: Bitaliumq; in Venetos ire:ut rerum inde copiam aſportaret: Ildigerum uero ad Padum ut flumen utrimq; diligẽtius ſeruaretur:& barbari rerum neceſſariorum urgente inopia:ocius ſe ſibi permitterent:& ad eiꝰ

Romanoꝝ orõ.

Franci excludũtur.

Horreũ Rauenne combuſtum.

arbitrium inter ſe facerent cõuentiones: Sed cum frumenti uim magnã Rauennę in publicis horreis recondi adhuc cognouiſſet: ex incolis quẽpiam corrupit pecunia: horrea cum frumento ut occultius cõcremaret: fertur tamen Amalaſſunthę Vitigis uxoris imperio hæc conflagraſſe: Frumento itaq; cõcremato: gotthi mox ſuſpicari cuiuſpiam fuiſſe id inſidiis factum: partim ẽt arbitrari eum locum fulmine & celitus tactũ: utrũq; id tamen ut gotthi ita & Vitiges ipſe quo plus animo uolutabant: eo magis & fieri eius rei incertiores: atq; adeo ut ne ſibimet ſatis fidei exhiberent: a deo rati ſe potius q̃ ab hominibus impugnari. In alpibus autem quę a gallis liguriam dirimunt: frequentiora preſidia ſũt quæ gotthi quondam multi & fortiſſimi uiri cũ coniugibus ſimul ac liberis: ubi hiſce in locis iam cõſediſſent: ſtrenue tuebant: quos Beliſſari9 ubi ad ſe deſciſcere uelle: & imperata facere audiuit: Thomã quempiã cum modica militum manu ad eos dimiſit: ut fide his tradita eius regionis tunc barbaros in poteſtatem reciperet. hos itaq; ad Alpes cum iam perueniſſent: Sitiges gotthus q ceteris cuſtodibus preerat: ubi hos honorifice ac benigne excepit: prior ipſe Romanis ſe tradidit: & poſt ſe ceteros compulit ipſum id facere: Vrias interea quattuor milibus ex liguria partim: partim ex alpium preſidiis confeſtim delectis: Rauennam celerrime auxilio gotthis futurus cõtẽdit: poſtq̃ uero q ſecũ aduenerãt quid Sitiges ille egiſſet in alpibus reſciuere: ſuis & familiaribus nõ parum timẽtes: eo prius cũ omnibus copiis eundum ducebant: unde ad Alpes Vraiam ut duceret cogunt: qui ubi ad has tandẽ puenit: Sitigẽ gotthum a Romanoſq; alios mox obſidere: & cętera quę in re meſſent ſatagere: quorum ad Alpes profectionem Ioães Martinuſq; qui tum forte circa padum ſtationem habebant: ubi deniq; accepere: citato mox agmine & cum uniuerſo exercitu ſuis opem laturi ſubſequebantur: & ubi ad Alpes eſt uentum: primo impetu preſidia ibi nõnulla ceperunt: locorũ incolis omnibus in predam actis: in quibus & gotthorum coniuges ac liberi erant qui ſub Vraia tunc militabant: Nã his ex preſidiis pars maxima militum hunc ſequebatur: qui ubi ſua omnia per Romanos abacta fuiſſe cognoſcunt: relicto gotthorum exercitu ad Ioannem conferre ſe protinus ſtatuunt: Ab his itaq; Vraias deniq; deſtitutus neq; in alpibus ex uoto quicq̃ perficere potuit: nec periclitantibus Rauẽnę gotthis opitulaturi ſed rebus infectis in liguriam ſe cum paucis recipit: ibi diu

Alpũ incole gotthi Beliſſario ſe dedunt.

Vraias Gotthis ab exercitu deſtituitur

tius quieturus. Beliſſarius interea Vittigem ipſum gotthorumq́ꝫ princi-
pes intra Rauennę muros iam coercuerat: & per id temporis ex bizan-
tio Imperatoris ad Beliſſarium Legati Dominicus & Maximinus ſena
torii utriq́ꝫ ordinis uiri Romanorum in caſtra perueniunt: & his cum
mandatis: ut cum gotthis pacem conciliaret: cuius conditiones hę erant
ut Vittiges dimidiam regiæ opulentiæ partem ſibi haberet: & his locis
imperitaret quæ trans Padum fluuium ſunt: alteram uero ut partem
Romanorum Imperator teneret: eiq́ꝫ cis padum omnia uectigal pende
rent. Legati itaq́ꝫ traditis Beliſſario litteris Rauennam contendunt.
Vittiges uero & gotthi cognita cauſa quod hi aduenissent: animo perli
benti ſe profitentur his conditionibus quæ traderentur foedera initu-
ros: quam rem Beliſſarius ut primum cognouit: q̄ maxime angi & rem
moleſtius ferre: ut qui pro ingenti calamitate id duceret: ſe ſiquis inter-
pellaret quominus quæ cœperat exequeretur: cum iam ſibi in manibus
uictoria eſſet: & nullo negotio de gotthis eſſet hanc propediem relatu-
rus: abducturusq́ꝫ Byzantium uel Vittigem ipſum armis iam captum
& debellatum: unde Redeuntibus ad ſe ex Rauenna Imperatoris lega-
tis tergiuerſari & plane abnuere: ſuis exſcriptis conditiones ſe ullas cum
barbaris firmaturum: quod ferme gotthi ubi primum ſenſere ex dolo
pacem ſibi per Romanos prętendi ſuſpicabantur: Beliſſarius itaq́ꝫ cum
accepiſſet exprobrari per principes quoſdam: & crimini id maxime da
ri: quod Imperatoris rebus inſidias moliretur: nec huic uellet finem bel
lo imponere: eos omnibus in concionem ad ſe conuocatis: Dominico Maxi-
minoq́ꝫ Legatis aſtantibus ita diſſeruit: Belli fortunam non in tuto ſem
per conſiſtere: & ipſe ſat calleo: & quemq́ꝫ ueſtrum de ea mecum id ip-
ſum ſentire crediderim: nam & multos ſæpe ſpes ea fefellit: quod ad ſe eſſet
uictoria peruentura: & qui rem male geſſiſſe plerumq́ꝫ ſunt uiſi: ſuperaſ-
ſe ex inſperato hoſtem iam contigit. Quocirca neceſſarium duxerim
per eos qui de pace conſultant: non ſolum eſſe ſpem optimam proponen
dam: ſed futurum utrinq́ꝫ rebus animaduertendum euentum: ac ſen-
tentiæ potioris delectum habendum: hæc itaq́ꝫ cum ita ſe habeant: uos
quidem exercitus duces: & hos imperatoris legatos: ea de cauſa in hunc
locum contraxi: ut in preſenti pro arbitrio deligatis: quod Imperatori
in rem fore cenſebitis: ne me inpoſterum imprudentię & rebus perac-
tis inſimuletis: nam & abſurdiſſimum eſſet uelle nunc ſubticere: q̄ diu

Conditiones pa-
cis miſſe ad Be-
liſſariū a Iuſti-
niano.

Renuat cōditio-
nes Beliſſarius.

Oratio Beliſſa-
rii ad ſuos de pa-
cis cōditionibus.

quæ potiora ſunt ꝑuos deligi poſſunt:& ex fortuna rerum exitum conſi
derantibus liceat & cauſas ſimul afferre: Quæcunqȝ autem & ad bellū
ſoluendum imperatori ſunt uiſa:& Vitiges Gotthorum Rex uelit: uos
ut cunqȝ iam noſtis: utrum igitur ad utilitatem conceſſura nobis hæc:
uideantur: accedens ueſtrum quiſqȝ ut lubet nunc promat: quod ſi om
nem Italiam Romanis recuperari poſſe exiſtimatis: deuinciqȝ bello ho

Itur i ſentētiā be liſſarii.

ſtes nil impedit: ut audacter & plane intrepide explicetis. Poſtq̄ Beliſſa
rius finem dicendi fecit: Tum omnes decernere & pertinatius profiteri
omnium eſſe potiſſima Imperatoris conſilia: nec hoſtes de cætero poſſe
aduerſus hunc quicq̄ inſidiarum moliri. Beliſſarius itaqȝ principū ſen
tencia delectatus; hanc ut litteris demandarent mox iuſſit: Tum illi ex
ſcripto ſignificarunt nullo ſe pacto hoſtes ſuperaturos: Gotthos deinde
tum fame oppreſſos cū reſiſtere preſenti miſeriȩ haud quaq̄ diutius poſ
ſent: Vitigis Imperii pigere iam cȩpit: ut qui rem peſſime geſſerit: &
ſuam ad Imꝑatorem delectionē cunctando & prolatando diſtraheret:
Sed illud ꝓcipue hos deterrebāt: ne ſi Romanorū in ditionē ueniſſent:
ex Italia excitati abire byzantium cōgerentur: ibiqȝ uitȩ reliquū agere.

Gotthi regnum Italiæ deterunt ad Beliſſarium.

Vnde gotthorū inter ſe optimates inito conſilio: heſperiȩ Beliſſariū Re
gem appellare conſtituunt: ad eumqȝ occultius mittūt: qui obſecrarent
ut imperium id ipſe ſuſciperet: hac ȩ uia fore aſſeuerātes: ut nō inuiti hūc
ſequerent. Beliſſarius uero ſine Imperatoris permiſſu ſuſcepturuȝ ſe id.
regnum negare: nimirum qui tyranni nomē & grauiſſime ferret & ode
rat: & per Imperatorem grauiſſimo iureiurando adactus ꝓuentuſqȝ
fuerat: ne quo pacto ſe uiuo aliquid uſpiam innouaret: uerūtamen rem
ut preſentem egregie cōſtitueret: per quā libenter excepiſſe eſt uiſus q̄
barbari ad ſe pertuliſſent: Quibus cognitis Vitiges rebus: ut formidi
ne ꝓcitus; gottis quidem conſultum q̄ optime dixit: Beliſſarium tamen
ſeorſum & ipſe ad ſuſcipiendum Imperium hortabatur: ne cui nil eſſet:
ad eam rem impedimento futurum. Tunc Beliſſarius rurſum Impera
toris legatis & principibus cæteris ad ſe conuocatis ab his ſciſcitabatur:
num magni momenti uideri res poſſit: gotthos armis Vitigemqȝ ſub
actos: in poteſtatem ueniſſe: eorumqȝ ſuppellectilem omnem pecuni

Fortitudo Beliſſarii in regnore nuendo & aſtus in ſimulando.

aſqȝ his predȩ fore & uniuerſam recuperari Romanis Italiam. Tum il
li egregium ſane id facinus & fortiſſimum dicere: ſeqȝ ꝓcari id ut cunqȝ
liceret confeſtim exequeretur. Extemplo itaqȝ ad Vitigem & Gotthos

tum primores ex amicis Beliſſarius quoſdam dimittit: ut omnia quæ il-
li de ſe facturos pollicerentur peragerent: non enim in aliud rem tēpus
extrahere fames his pmittebat: quin acriter potius compellebat eā ut ſi
ne mora pſicerent: rurſum igr̄ gotthi oratores Romanorum ad caſtra ꝓ
tinus mittūt: aliud quidem in uulgum ferentes: ſeorſum tamen Beliſſa-
riū adeūt: accipiendę pro pacta ſalute fidei grā: ipſeq; cōmuni ſuorum
cōſenſu: ut Italicenſiū ita & gotthorū rex eſſet: hiſq; cōditionibus cū Ro
mano exercitu Rauennā ut accitus ueniret. Beliſſarius itaq; iureiuran
do cęteris oibus pro gotthorū arbitrio cōfirmatis: pro impio tamē ſuſci
piendo apud Vittigem & gotthorū primores ſe iuraturū reſpondit. Got
thorū interea oratores nunq̄ hūc reiectūrum Imperiū rati: ſed id illum
præ ceteris cupe: ſtatim ut ſecum Rauennā iret hortantur. Beliſſarius
itaq; Beſſam Ioānem Narſetēq; & Aratium: quos forte ſibi infenſiores
putabat: diuerſim abire cum ſuis quiq; copiis iuſſit: cōmeatus ſibi ac ſuis
ꝑ cauſā cōparandi: id ſedulo cauſatus: haud quaq̄ ſe poſſe eo in loco uni-
uerſo neceſſaria exercitui ſuppeditare: his abeūtibus & Athanaſio ſimul
pretoriorum eparco: q recens ex byzantio uenerat ſubſequente: ipſe cū
reliqs copiis: gotthorum legatis ſe comitantibus: Rauēnam cōtendens:
frumēto primū & neceſſariis aliis nauibꝰ oneratis: cōfeſtim ad claſſim
Rauēnę portum deduci has impat. Mihi uero Romanum exercitū tūc
temporis Rauēnam ineuntē ſpectanti: (nā & his rebus interfui) ſubiit
animū cogitatio: nulla omnino uel ſapientia: uel uirtute quę per morta-
les gerunt administrari: ſed eſſe demonē neſcio quem aut fortunā hu-
manos fouentem animos ita ut eo tandem & temere neſcio quo pacto tra
ducāt ubi nulla ſit gerendis in rebus interpellatio: gotthi ſiquidem ut
multitudine ita & uiribus cū longe plurimum ſuparent: & tam egregie
antehac geſſerint bella: ubi Rauēnā uenere: fractos adeo feroces quon
dā præ ſe aios ferre: humileſq; ita incedere: ut a uictore exercitu & nu-
mero longe iferiori turpiter ante agerentur: unde gotthorum coniuges
quæ prius acceperant magnitudine corporis Romanos ꝓcellere: contē-
ptim primo de Romanis loquendo: ſuos uiros conſpuere: & tantulę ſta
turæ hoſtes ad ludibriū illis & digito oſtētare: corūq; icrepitare ſocor-
diā: q a tātulis uiris deuicti fuiſſēt: Beliſſariꝰ itaq; Rauēna potitꝰ: Vit
tigē i primis honorifice cuſtoditū ſeruabat: Gotthos uero q circa paduz
incolerent: abire in agros ſingulos iuſſit: hiſq; pro uiribus excolendis in

Beliſſarius Ra-
uennā ingredit
habitus ꝓ rege.

Fato regi omnia

Gotthi ab uxori
bus male audiūt
q ab Ro. exigue
ſtature uicti eſ-
ſent.

cumbere:non enim inde hoſtile aliquid uerebatur:nec gotthos putabat
ea unquam/e/regione inter ſe conuenturos:nam maximam ſuis exerci-
tus partem his ipſis in locis antea collocarat·Gotthis itaq; gratanter &

Cura Beliſſarii in rebus componendis·

lætis abeuntibus animis:reſides Rauennæ Romani intuto fuere:ut q
ceteram gotthorum turbam ea in urbe relictam:& numero preſtarent
& uiribus:Regiam deinde inuentam Rauennæ pecuniam: & diligenti
us conquiſitam apud ſe cum cura ſeruauit: ut eam Imperatori paulo-
poſt & Byzantium delaturus·Gotthorum nulli uel ipſe quicq̄ ademit:
nec ſuos permiſit ut ex his quempiam uiolarent:ſed ſua quiſq; ſibi ex cō-
uento habebat·Barbari demum qui uel gotthorum preſidia uel alia lo
ca cuſtodiebant:ubi Vitigem Rauennamq; accepere:per Romanos te
neri:oratores ad Beliſſarium legant:qui nuntiarent eos ſeſe illi nec in-
uitos quidem/& preſidia dedituros quæ in poteſtatem haberent atq; cu

Taruiſiū·

ſtodiam:Tum Beliſſarius omnibus fide promptius data Taruiſium &

Ceſena·

aliud quoddam in Venetos munitiſſimum oppidum in ditionem rede-

Gotthi p omnē Italiam Beliſſario ſe dedūt·

git:Ceſena in Emilia & ſola relinquebatur quam antehac alias cum Ra
uenna receperat·Gotthi uero & cæteri omnes qui circūiectis Rauennæ
preerant locis:a/Beliſſario fide prius accepta:& facta ad eum deditio-

Verona·

ne ſecum manſere:Ildibaldus preterea uir ſane induſtrius Veronæ ur-
bis tunc forte cuſtodiam nactus:oratores cæteros ſubſecutus ad Beliſſa
rium miſit qui eius apud ſe liberos detinebat:haud tamen Rauennam
ſe contulit:nec Beliſſarii ſe ſeruitute obſtrinxit:fortuna quadam inter-
pellatus quam equidem u ememoratu dignam explicaturus nunc ſum:
Romani exercitus prefecti quidam Beliſſarium ut illi proſperam inui
dentes fortunam appetitæ apud Imperatorem tyrannidis: ut ſeminus

Beliſſarius reuocatur·

decentis inſimularant:Imperator tamen non tam delatis criminibus:q̄
medorum urgente iam bello:Beliſſario ad ſe celerius reuocato:ut in p-
ſas ductaret exercitū:Beſſæ Ioāniq; Italiæ curam prouinciæ demanda-
uit:ad quam & ex Dalmacia demigrare conſtantianum mox iuſſit:Cæ
terum gotthi qui Ranennam tranſpadūq; alia loca incolerent cum iam
accepiſſent per Imperatorē Beliſſariū ex Italia reuocari:Tū primum non
magni momenti id facere:haud quaq̄ Beliſſarium rati maioris unq̄
facturum Iuſtiniano traditam fidem:q̄ Italiæ regnum:ubi uero hunc
ad receſſum paratum uidere:primores omnes qui reliqui erant inter ſe
coeuntes in picenum:ad Vriam Vitigis ex ſorore nepotem: agmine

unoſe cōſerunt:complorationeq̄ʒ inuicem facta & communeʒ ſimul ac
preſentem cōmiſerati fortunam:ſic eum affari exorſi ſunt. Gotthorum Gotthi abeunte
alium preter te neminem preſentium nobis malorum fuiſſe cām ſcimus Beliſſario defec-
nos nāq̄ʒ auunculum tuum:nec nauiter q̄dem nec proſpere pro ei⁹ igna tionē meditant.
uia regnū adminiſtrantē:ea iam diu cura abſoluiſſemus:ut alias Theu
datum Theoderici nepotē:ni tui q̄ nobis ſis induſtrius uiſus uerecun-
dia tenuiſſet Sed Vittigi antehac imperanti regiū duntaxat nomen re-
linquere in animo eſt:te uero gotthorū tibi impiuʒ tradere:quod utiq̄ʒ
cū illi detulimus ſupuacanea tunc noſtra fuit uiſa benignitas:quę nunc
arguitur fuiſſe dementia:ſubſequentiūq̄ʒ calamitatū & infortunii cauſa
Siquidem gotthorū ut tu te noſti uraia:hoc bello q̄ plurimi & fortiſſi-
mi uiri mortem oppetiere:ex his uero qui ſupſtites ſunt:ſiquid eſt robo
ris reliquū:cū Vittige rege & pecuniis ſimul in alias p Beliſſariū terras
traductum proculdubio interibit:id ipſum & nos ad hanc paucitatem
redactos:& in extrema miſeria poſitos:paulopoſt perpeſſuros nemo nō
hominū fateat:tātis igit̄ nobis circūuentis iam malis:longe magis p̄ſti
terit cū gloria mortē obire:quā liberos uxoreſq̄ʒ noſtros ab hoſtib⁹ cer
nere in extremos terraꝝ terminos tam fede abduci:aggreſſuri itaq̄ʒ ſu-
mus:uti nos decet:uirtute dignū & egregiū facinus:ſi modo gotthoꝝ ſu
mus te principem habituri:his dictis: Vrias reſpondit eos q̄dem quod
cūq̄ʒ ſubire adſcrimē malle:q̄ p̄ſentia mala ſeruitutēq̄ʒ pati ſecū una p-
be ſe ſcire:gotthorū uero ſe ducē creari nō ī rē fore oīno ſe ducere:tuʒ q̄a
ſit Vittigis nepos hominis ita infortunati:& tam parui apud hoſtes mo
menti iam habiti(nam & ad familiā referri qualiſcūq̄ʒ fortuna ſit ſolet)
.Tum quia nō pietatis exiure uideri ſe facere poſſet:ſi uiuentis Auuncu
li principatū inuaderet:qua ex re crederet:plus odii ſibi q̄ beniuolētiæ
poſſe conciliari:ſed factu id ſe neceſſariū ducere:gotthorū ut ducē The Theudibaldus.
udibaldū Viſigotthū creant:uirū ſane ut uirtutibus p̄ditū : ita & cæte-
ris in rebus induſtriū:cui⁹ & Theudas Viſigotthorum ſit princeps auū Theudas Viſi-
culus:& iure cognationis nil fore abſurdū ſi bello hūc iuuerit:ex eo que gothoꝝ Rex
gotthis rem melius proceſſuram:ſi cum ſpe aliqua futuri ſubſidii prœ-
lio cū hoſte decernant: Vrias itaq̄ʒ cum ita deſeruiſſet:ea dixiſſe iam ui
debāt:quę gotthorū genti cōducerent plurimū: Vnde Theudibaldum Theudibaldum
comuni omnium cōſenſu ex Verona accitum:& ad ſe uenienteʒ ueſte ſta Gotthoruʒ Rex
tim porphyrea donant:regemq̄ʒ cum aſtantium acclamatiōe & plauſu declaratur

Veſtis Porphy rea.

Theudibaldi regis uerba ad ſuos.

Legati gotthorꝫ ad Beliſſarium ut regnū recipiat.

Beliſſarius regnū rurſus renuit.

V. annus.

cteant: & ſimul pcant: ut recte preſentibus cōſulat: eaq̨ & pbe diſponat hoc modo: Theudibaldus Rex cōſtitutus: nō longe poſt gotthis ad ſe oībus cōuocatis: Verba iſtiuſmodi fecit. Cū ſatis itelligā o uiri cōmilitōes ex diuturna iā belli experiētia multorū certaminū uos eſſe peritos: haud quaq̄ oportunū nūc duxerim derepēte ac temere ut in bella ruamus cū ſatis cōſtet: heſitabūdam & formidoloſā pitiam egregium aliquid audere haud quaq̄ cōſueuiſſe: Equū itaq̨ fuerit priſtinos caſus omnes uos meminiſſe: & de pſentibus ut poſtmodū cōſulatis: nā pleriq̨ rerum pteritorꝫ obliti: non ſuo & decenti in tempore pinſolentia forſan extulerint animos: ita ut maximis in rebus falli ſatquēat: Vitiges itaq̨ nec nobis quidem inuitis nec repugnantibus in hoſtiū manus peruenit: Sed tunc ſane deſperatis aduerſis fortunæ caſibus: utilius fore exiſtimaſtis Beliſſario ad uos domum accito parere: q̄ de ſumma reꝫ periclitari: nūc igit cū ex Italia deceſſurū hunc accepitis & nauigiaturū byzantium: pfecto & alia quedā deintegro eſſe hunc aggreſſuruꝫ nō ignoratis: Sed illud ē rerum ſingulis aduertendū nō omnia mortalibus ad uota ſuccedere: ſed aliter ſepius euenire ac uiſum his ſit nā ex inſperato nōnunq̄ & temere fiunt nōnulla: id fer me ſi Beliſſario ſit occurſuruꝫ quādoq̨: haud quaq̄ uideri abſurdū debet: Cōſultius itaq̨ fore exiſtimauerim ut prius quid ſibi is uelit rogemus temptemuſq̨ utrū ad priores huic placeat redire cōuentiōes hoc deinde pacto ad ea pgrediemur: queq̨ ſecūdo ſunt loco gerenda: his Theudibaldus ſuos affatus: recte uiſus eſt gotthis cōſuluiſſe: unde & legatos cōfeſtim Rauēnā ad Beliſſariū mittūt: q illi cōuenta cōmemorarēt: & fęderꝫ pinde ruptorē arguerēt: uoluntariūq̨ hūc uocitarent: mācipiū: & ſeduloid exprobrarent qd ſeruitutē q̄ Imperiū malit: & eiuſmodi alia fando: ad id ſtatim ſuſcipiendū q̄ maxime hortarentur qd ſi de ſe facilē ad obſequendū hunc uiderint: extemplo denuntiarent Theudibaldū ad ſe cōceſſurꝫ: regali prius ueſte depoſita: ueneraturūq̨ ut Italicę regē: hec & hmōi pleraq̨ in Beliſſarii cōſpectu gotthorꝫ oratores profati: cū iam plane exiſtimarēt: Imꝑatoriū nomē hūc mox admiſſurꝫ: tū ille pter eorꝫ expectationem apte reſpondit. Iuſtiniano ſupſtite nūq̄ imꝑatoris nomē ſe iuaſurꝫ. Gotthi demū ei9 cognita uoluntate oci9 abeūtes oīa Theudibaldo renūtiāt. Beliſſari9 iterim iter aggredit Byzantiūq̨ recta contendit. Et annus tunc quintus huius belli exibat: quod Procopius hiſtoriæ demandauit.

INCIPIT LIBER TERTIVS·

ſ

Vſpenſis Beliſſarius adhuc & dubiis rebus: cum Vitti ge gotthorũq; optimatibus: & Theudibaldi liberis: pe cunia q; omni & regia: ꝓ̃cioſaq; cętera ſupellectile ſecũ deuectis: Byzantiũ uenit: Vldibele: Baleriano: Marti no ac Rodiano ꝓfectis ſequentibus: Vittigem uero cum uxore Iuſtinianus gratanter ſuſcepit: barbaroꝝ itẽ & agmen pro exi mia corporũ ſpetie ac magnitudine mirabat᷑· Theoderici deinde in cu riam dignas ſpectaculo receptas gazas ſenatoriis uiris ſeorſum uiſẽdas expoſuit: rerũ geſtarum magnitudinẽ glorię ducens: non·n·uel has po pulo ſpectãdas hic ꝓ̃buit: nec Beliſſario ut triumpharet ꝑmiſit: queãd modũ alias: cũ ex Gelimere rege & uandalis uictoriã retuliſſet· Sed in oĩum ore Beliſſari⁹ erat egregiis uictoriis duab⁹ ornatus quales ante hac mortaliũ nemini cõtigere: quippe q Reges duos Byzantiũ captiuos deduxerit: Et gererici Theodericiq; ingentes opes ꝓ̃ter oĩum ſpẽ· Ro manis ut ex hoſtibus ſpolia eſſent effecerit: unde uel apud barbaros ip ſos nemo unq̃ clarior & fama celebrior fuit: q̃ppe q deuictis ex hoſtibus in publicum ęrariũ maximas rurſum inuexit diuitias: & terrę mariſq; dimidiã partẽ tã breui recuꝑauit: Erat itaq; byzantinis Ciuibus uolu ptati Beliſſariũ intueri: in forũ quottidie ꝓdeuntem: uel ſe inde domũ recipientẽ: atq; adeo ut tãti ſpectaculi hos nulla ſatietas caꝑet: nã eius pompa ſpectatior ob preeuntiũ turbã & ſubſequentiũ erat· ut quẽ Van dolorũ gotthorũq; & Mauruſiorũ multitudo ſequeret᷑ non mediocris:

Beliſſarius Byzantiũ cũ Vittige & Gaza omni regia uenit·

Laus beliſſarii·

Ad hęc accedebat qđ pulchritudo hũc magnitudeq; corporis honeſta bat humilẽ ꝑ̃terea ſe benignũq; adeo atq; aditu obuiis qbuſq; perfaci lẽ exhibebat: ut infimę ſortis uiro ꝑſimilis uideret᷑: Milites itẽ & ruſti cani & cui⁹ generis hoĩes certatim hũc beniuolẽtia ꝓſequebant᷑: nã ĩ ſu os ꝓ̃cipue & militares munificẽtia cęteros anteibat: & q bello rẽ forte ma le geſſiſſẽt: ꝓ acceptis uulnerib⁹ pecunia nõ ꝑua donãdo: idignationẽ ac ſimul meſtitiã ſepi⁹ ꝑmulcebat: ei uero q in acie ſe egregie hũiſſet: uaria dono dabat ĩ ꝓ̃miũ ornamẽta· Et q ꝑ̃terea aut arcus: aut rei alteri⁹ belli cę qui iacturam pręliando feciſſet: cõfeſtim alia & potiora per Beliſſa riũ parabant᷑: Erga agricultores agreſteſq; hoĩes tãta hic ĩdulgẽtia ac ꝓuidẽtia utebat᷑: ut Beliſſario ductãte exercitũ nullã hi uim paterent᷑ ſed ex inſperato potius opulẽti ac diuites reddebant᷑: ut qui crebro ad ſe aduentantibus copiis: maiori omnia inuictum pretio uenditarent:

Pulchritudo Beliſſarii·

Facilitas Beliſſarii·

Iuſtitia Beliſſarii·

Segetes inſuper dum interea matureſcerent diligentius tuebať ne forte equorũ greges has deuaſtarẽt: frugeſq; ceteras inuitis dominis ſuos at-tingere ꝓhibuerat: erat item uir cõtinentior: ut q̃ pter denuptam ſibi uxorẽ nouerit nullã: nã ex uandalis gotthiſq; tanta multitudine & for-ma egregia fœminas: cũ bello cepiſſet earũ nullã uel in eius conſpectũ

Continentia Be-liſſarii.

uenire: uel ſe alloqui quoq̃ pacto pmiſit: ad Cetera eius hmõi ornamẽta pſpicax quidem & uiuidum accedebat ingeniũ: quippe q uel dubiis ip ſis in rebus: ad ea quæ potiora forent excogitanda mirũ de ſe imodũ & opurtune ualeret; in ipſoq; belli diſcrimine animi pſtaret is magnitu-dine: e tutoq; & conſideratius ad res gerẽdas audẽtior eſſet: feſtinare p terea cunctariq; in ipſis aduerſus hoſtem conatibus: ut res depoſcebat: in rebus trepidis bene ſperare: nec terrore aliquo capi: nõ proſperis inſo lens eſſe: nec uitam in delitiis agere: nec quiſpiam unquã hominũ fuit q temulentũ hunc uiderit: & ad eius ut diuitias ueniã: ſuis hic ſumptibus equitum milia ſeptem & delectorum in hoſtem ductabat: quorũ ſinguli in aciem ſtare ad pugnãq; prouocare hoſtiũ fortiſſimũ quandoq; ſe di-gnũ ducebãt: Beliſſari⁹ igr̃ ut dignitate auctus eſt: ita & ex ſententia iã ualidior factus: ea maxime cõſulebat: quæ rebus Romanis cõducerent plurimũ cõſultaq; aliorũ ſic aduertebat: ut ſuopte arbitrio cuncta per-ageret. Ceteri uero pfecti ad Italiæ gubernationẽ relicti: & ſi inter ſe

Itale res poſt Be-liſſarii abitũ ru-ere ceperũt.

pares nihil nõ priuata adcõmoda gerere animis deſtinarãt: militũq; li-bidini permittere iã ſubditos ceperant: quibus nec decentius qdem pro ſpicere nec militẽ dicto obediẽtẽ habere: quo ſane efficiebať: ut pleriſq; in rebus delinquerent: depditeq; & breui Romanoꝝ res ſint: Nã poſtq̃ Theudibaldus ex Rauẽna Beliſſariũ diſceſſiſſe eſt certior factus: barba ris circa ſe omnibus in unũ cõtractus: & Romanis ſimul militibus: qui buſcũq; res innouari placebat: quæ ad obfirmãdum imperium ptinerẽt diligẽtiſſime ꝓcurabat: & omni ſtudio nitebať: dominationẽ Italie got this recupare: Sed cũ primũ regnare is cepit: non ultra homines mille hunc ſequebanť. Cũq; unum dútaxat in agro piceno reliquũ eſſet bar-baris oppidũ: paulatim tñ & ceteri omnes qui in liguria & Venetorũ

Alexãder Italie pfectus.

in regionibus erant: ad hunc conceſſere: Alexandrũ interea quẽpiam: Imparator: Beliſſario ad ſe reuocato: in Italiã miſit: procurandæ reipubli ce cauſa: Is ubi primũ Rauennã ſe contulit: abſurdiora quedã aĩo agita-re: & rationis expta: quippe q Italos homines q regiã ne attigiſſent q-

dem pecuniam nec ulla rempublicam uel iactura uel iniuria affeciſſent ad penas luendas ad ſe reuocabat: & peculatus item inſimulabat & fraudis: ſiue in Theodericum quondam admiſſæ: ſiue in Gothos principes alios unde & dependere ſine mora cogebat: quod cumq; is affirmaſſet per fraudem illos intercepiſſe: uel ſibi uendicaſſe in lucrum· Militũ preterea uulnera & ſubita diſcrimina egregiaq; eorum facinora exilioribus premiis: compenſabat & muneribus longe ac ipſi ſperaſſent: quo factum: ut Italos omnes Imperatori breui infenſos reddiderit: & militum nemo iam uellet diſcrimen in bello ſubire: unde cum odiis inter ſe hi decertarent: ut rem Romanam peroſi effectum facile eſt: ut hoſtium res in maius procederent: & Romanorum prefectis iam cæteris quieſcentibus: Solus Bitalius qui in Venetos tunc forte abierat: ut militum multitudine fretus: & Erullorum ingentibus copiis auſus ſit cum Ildibaldo manus conſerere: id maxime ueritus: quod & factum poſtea eſt: ne ſi auctis nimium uiribus Is in ſe aduentaret: coerceri per ſe minime poſſet· Cum itaq; apud Taruiſium fortiter pugnatum fuiſſet: eo Bitalius prœlio longe inferior factus: fugam capeſſit: paucis quibuſdam recuperatis: complures inea pugna ammiſit: & Erullorum precertim pars magna abſumpta: cum hiſq; & Biſandus eorum præfectus: Bitalius uero ſolus profugit: Qua ex re per Romanos tam infœliciter geſta: Ildibaldi nomen celebre factum: ad Imperatorem perfertur: & mortalibus fere in notuit cæteris: haud longe poſt ubi peracta hec ſunt: inter Vriam Ildibaldumq; inimicitia hoc modo intercesſere. Erat Vriæ tunc uxor: quæ ut opulentia muliebremundum præcæteris Gotthorum fœminis conſecuta: ita & egregia corporis ſama primam tum facile obtinebat· Hæc uero inter alias barbaras magno cum ornamentorum & ueſtium apparatu cum in balneum ſemel curandi corporis gratia deſcendiſſet: Ildibaldi ineo uxorem lineis obductam ueſtibus conſpicata: non ut Gotthorum Regi matrimonio iunctam: ut decuit uenerata eſt: Sed contemptim de ea potius loqui: & deniq; aſpernari: qua de re illa & ex acceptæ iniuriæ abſurditatem: ingenti perculſa dolore: ad uirum lacrimabunda Ildibaldum uenit: & ſimul efflagitauit opem ut ferret: ſeq; Vriæ uxoris iniuria uindicaret Ildibaldus itaq; his uerbis indignatione accenſus: Vriam apud bar

Itali Imperatori pfecti iniuria infenſi·

Vitalius ab Ildibaldo uincit I Venetis·

Taruiſiũ·

Cauſe inimicitiarum inter Vriã & Ildibaldum Gotthos·

baros partim carpēdo: partim & ad Romanos defectionis inſimulando

Vriaſ ab Ildibaldo interficiť.

cōprehenſum deniq; interfecit: ex eoq; tā tetro facinore hūc oderāt goc thi: egreferētes tam temere uriam fuiſſe ex humanis ſublatū: iam enim multi inter ſe cocuntes; Ildibaldo qui tam impium ſcelus patraſſe: apte cōuiciari: haud tamen ab eo penas exigere audere. Erat inter hos quidā Bellas nomine: genere gepes: nōdū tamen ad id dignitatis erectus: ut regius armiger haberet. Hic ſane uir Vrię uxoris tā uenuſtę ſpeciem dū animo uerſat: mirū hāc inmodū deperibat. Ildibaldus itaq; cū interea Bellā hūc in hoſtē emittit. Vrię hāc quondā uxorē barbaro alteri cuidā matrimonio iūgit. Quam rē Bellas cum e castris rediſſet: ut erat ſua pte natura ad iram propēſior: acceptā ea ex re cōtumeliā minime ferens. Ildibaldū obtruncare animo deſtinat. rē omnibus gothis pergratā factu rū ſe ratus. Itaq; gotthorū cū optimatibus epulantē hūc nactus: quod p inſidias agendum antea duxerat: tunc & apte tam audax facinus exequē-

Ildibaldus a bella inter epulas interficiť.

dum decernit. Sed aderant circa diueſcentē Ildibaldū ex regio more circūfuſi ſatellites iāq; rex ſtratis incūbens manum cibis admouerat. Cum Bellas ipſe ex improuiſo cibum adhuc detinentibus digitis: inopinanti illi caput ademit: quod ferme ſupra menſam ſtatim collapſum conuiuas exterruit: & plane obſtupefecit. Vria itaq; caeſo: has dedit Ildibaldus pœnas: iamq; & hyems exacta tum erat: & belli huius quod Procopius

Annus. vi:

Rogi natio gotthica.

Araric⁹ gotthorum rex factus haud diu poſt moritur.

ſcripſit. annus ſextus euaſerat. Erat tum forte in gotthorū exercitu Araricus quidam rogus genere. quem ſtatim rogi: nam & hi gotthica erant ex natione: cum ob Ildibaldi interea cedez turbulentiora omnia eſſent: regem pronunciarunt: non tamen caeteris uolentibus gotthis: ut quorū pars maxima rem egre ferret: non enim recuperandae Italiae ſpem proſus ammiſerant. Sed Ararichus iſte nil quippiam geſſit memoratu dignum: nam cum paucis ſuperuixiſſet hic menſibus ex humanis deceſſit:

Totylas Ildibaldi nepis.

Totylas interea quidam Ildibaldi nepos cum ualeret prudentiam plurimum: & in rebus gerendis maximam eſſet ſolertiam conſecutus: magni apud Gotthos momenti habitus eſt: & his qui Taruiſii in preſidio erant forte tunc preerant. Nā ubi primum de Ildibaldi morte eſt is certior factus Rauēnam ad Cōſtantianum e ueſtigio miſit: qui pro eius & comitum ſuorum ſalute: fidem ab eo & precariam peteret: qua impetrata pollicebatur eius in poteſtatem ſe dū uellet uenturū: dediturūq; illi Taruiſiū oppidū: & p̄ſidiarios milites: quibus Conſtātianus mādatis: iā

letior factus: iureiurādo facturū ſe omnia quę petere confirmauit: Die
itaq; cōſtituta qua ad eam rem pagendā utriq; erāt inuicē cōuenturi: i
eo deniq; cōſtitere: ut Taruiſini eius cuſtodes pſidii: Conſtantiani ad-
miſſis intra urbē familiaribus: oppidū ſtatim his traderēt: Iā .n. & got-
thi Ararici grauiter ferebāt impium: Virū hūc haud quaq̄ idoneū rati
qui cū Romanis gereret bella eūdēq; pleriq; aptius oderant: ut qui ma
gnarū rex occaſionē his ſuſtuliſſet. Demum cōcordi animo omnes ad to
tyllā Taruiſium mittūt: & ad gotthorū impiū ſuſcipiendum hortant:
nam cū ſūmo adhuc Ildibaldi Regis deſiderio tenerent: in Totyllā: ut
ſanguine illi cōiunctū ſpem omnem uictoriæ uerterāt: ſatis ſperantes ea
uirū hūc uelle quę ipſi deferrēt: Is uero ubi gotthorū mandata accepit:
propalam ad Romanos retecta defectione reſpondit: Si Ararichū Re-
gē in tempore obtrūcarēt: confeſtim ſe hos ſecuturū: facturumq; p eo-
rum arbitrio uniuerſa. his barbari auditis in Ararici exitiū moliri inſi
dias: & his continēter inniti: Dū hęc barbarorū in caſtris gerunt: Roma
ni exercitus pinde in tuto iā conſtitiſſent: gotthorum negotiis ſatis cōſiſi
ut ſecuri deinceps: nec ſcire quidē nec quoq̄ pacto animo agitare: quē-
admodū aliqd in barbaros molirētur. Vnde Araricus gotthis ad ſe uni
uerſis uocatis: monere eos pacis & cōcordię cępit: & ad Iuſtinianū Im-
peratorē oratores deprecatū ut mitterēt: pacēq; ſecum his cōditionibus
facerent: quibus & fœdus inire cum Vittige antehac uoluiſſent: Gotthi
ſcilicet ut transpadum loca tenerent: & reliqua ipſi Italia Imperatori
cederent: Ararichus igitur eius per Gotthos conſilio comprobato: ſuis
ex Amiciſſimis ad Iuſtinianum nonnullos legauit imprimis admoni-
tos: ut ſub ſpetie hac peragendi: quæ diximus: cum Imperatore nil ali-
ud agerent: niſi id duntaxat ab eo depoſcerent: ut ubi uniuerſam ei tra-
didiſſet Italiam: cum eaq; non paruam pecuniam: inter patritios ſe ui-
ros aſcriberet: Dum interea igitur oratores byzantium eunt: Gotthi
Ararichū per fraudē ac dolos obtruncāt: quo mortuo Totyllas ex cōuē
to ſuſcepit Impiū. Iuſtinianus uero d Ararici interitu certior fact9: deq;
ſuſcepto p Totyllā principatu: odiſſe nil deſinebat: ſui pfectos exercit9:
ſimul & irridere. Ioannes interim Beſſaſq; & Bitalius ac cæteri omnes:
qui per beliſſarium relicti ad cuſtodiendam Italiam cum exercitib9 fu
erant diſpoſitis p ſingulas urbes cuſtodiis Rauennam conueniunt: ubi
Conſtantianus & Alexander: cuius antea memini ſtationem habebant.

Totilas cū Ro. agit de Taruiſio dedendo.

Araricus pacis cum Ro. auctor a ſuis occiditur.

Totylas gotthorū rex deſignat.

Prefecti Italiæ conciliũ de ſumma rerꝫ Rauẽnę habent.

conſilioq; ad inuicem habito:potius fore & longe cõmodius uiſum:Veronã quę in Venetos eſt prius ductare:itaq; cum gotthis eodẽ manentibus in poteſtatẽ redacta:aduerſus Totyllam:& in agrũ picenũ deinde cõtendere. Sic itaq; ad hominũ duodecim milia contractũ exercitũ:prefecti Vndecim numero Veronã duxere:

Caſtra Romanorum ad Veronã

Ad quã ubi ſtadiis ſexaginta ẽ proxime uentũ mediis in campis caſtra locarunt:qui ea/e/regione patẽtiſſimi ſunt:& ad urbem Mantuam pertinent.

Marchianus.

Erat tum forte Marchianus nomine quidã uir ſane precipuus:q/a/Verona non procul locũ:ueluti pſidiũ incolebat:& Iuſtiniani Impatoris ſtudioſiſſimus erat. Vnde Veronã Romanis prodere miro ſtudio nitebat. Erat preterea illi ex portarꝫ cuſtodibus quidam unus/a/pueritia cognitus ad hũc ex amicis nõ nullos dimiſit:qui hominẽ pecuniis ſuadendo corrũperẽt: ut Impatoris exercitum intra urbe reciper:quod ferme ubi cuſtos ille ſe factutũ

Agit de pdẽda Ro. Verona.

promiſit:eoſdẽ nuntios Marchianus ad pfectos Romani exercit9 mittit:cõuenta ut his p ſe facta renũtiarent:& ſecũ una nocte ut in ſequenti Veronam urbem inirent cohortarent.

Profectorum timiditas.

Viſum itaq; demum pfectis illud cõducere:ut eorũ ex numero unus cũ paucis quibuſdã pcederet:& ſi

Arthabazes armenius.

cuſtos fores aduenientib9 apiret:his protinus occupatis exercitũ inde ſecurius intra urbẽ exciperent:Sed cũ ſubire nemo id diſcriminis uellet: Arthabazes ſolus armenius genere & bello egregi9 ad id rei cõficiendũ nõ inuitus ſe obtulit:Is uero pſas quondã ductauerat:quos Beliſſarius cũ Bliſcane quondã/e perſia Byzantiũ paulo ante tranſmiſerat:Iſaurorꝫ delecto preſidio:Is itaq; ex uniuerſo exercitu uiris centum delectis:nocte iam intempeſta:quam proxime muros acceſſit:& ubi cuſtos ex con-

Romani proditiõe Verona potiuntur.

uento portam aperuit:nonnullis ibi incuſtodiam collocatis: exercitum ad ſe euocauit:muro deinde milites Romani inſcenſo quos forte deprehendunt cuſtodes:de improuiſo inuadentes obtruncant :quod malum

Gotthorꝫ fuga.

gotthi ubi primum uniuerſi ſenſere:per portas alias ad hac longe diuerſas fuga euadunt:non procul Veronæ/a/muris rupes quædam eminentior extat:unde quæ intra urbem geruntur cõſpici omnia ueluti/e/ſpecula poſſunt:& hominum inea numerus haud difficulter iniri:proſpectuſq; longior ſubiectos in campos patet:eo ſe gotthi cũ recepiſſent: nocte tota cõquieuerũt:Romanorũ uero exercitus qui ſtadiis inde ob-

Rurſus prefectorũ ignauiã uide

erat quadraginta hauddũ urbi pgrediẽdo appropinquarat: Romanorũ ducib9 ipſis:de rebus urbanis boniſq; Veronenſiuꝫ Ciuiũ diripiẽdis

inter ſe altercātibus: ubi itaq; dies illuxit: & gotthi e ſummo rupis quā
inſederant uertice diligentius cognouiſſent: quotnam hoſtiū per urbē
diuagarentur: quantumue exercitus alius ab urbe diſtaret: curſu cita-
to per eaſdem portas quibus prius euaſerant: repetūt urbem nō enim in-
greſſi antea hoſtes portas has occuparāt. Romani itaq; cognito gottho-
rū in urbem iam reditu: pari oēs conſenſu in muri propugnacula fuga
ſtatim ſe recepere: & ſupuenientibus ingenti multitudine barbaris cum
hiſq; conſerentibus bello manus: Romanorū ex agmine milites pleriq;
& Arthabazes ipſe mira de ſe opera edēdo ac fortius decertādo: hoſtes ī
ſe effuſe ruentes ualidius impugnabant. Romani demum exercit9 prin-
cipes: Veronæ rebus & ſi hauddum partis inter ſe diſtributis: cum cæte-
ris copiis Veronam eūdem eſſe tandem decernunt: cuius portas cū clau-
ſas inueniſſent: & hoſtes ſimul ſe ſumma ui defendētes: celeri curſu mox
retrocedere: profectionemq; facere fugientibus ſimilem: tam & ſi ſuos
conſpicarentur ſupra muros pugnantes: ſuppliciterq; petentes: ne ſe de-
ſtituerent: ſed ibidem tamdiu operirentur: quoad ipſi fuga ſe ad eos & in-
columes recepiſſent: Sed quia miſericordiam haud quaq̄ recipit timor:
Romano iam abeunte exercitu: qui circa Arthabazem erant: cum præ
hoſtium multitudine aperta ui pellerentur: ſuorum deſperatis iam au-
xiliis: e muro ſe ſtatim ſaltu precipitant: & utcūq; his licuit euaſere: ex
quibus qui forte molli ac leni ſolo prolabebantur: corpore inoffenſo ag-
mine uno Romanorū ſe ad caſtra recipiunt: quos inter & Arthabazes
fuit: qui uero confragoſis in locis ceciderāt: ad unum omnes interiere:
Romani deide traiecto Eridano Fauētiā ſe recepērūt: quæ utiq; eſt Ae-
miliæ Ciuitas: a Rauenna ſtadiis centū & uiginti diſiuncta. Totilas ue-
ro ubi ea quæ Veronæ geſta fuiſſent pdidicit: gotthorū uim magnā ad ſe
euocauit: qui cū preſto fuiſſent: ad quinq; milia hominū cōtracto exerci-
tu in hoſtem ductauit: qua de re certiores iam facti Romanorū pfecti ā
reb9 pñtibus cōſultabāt: Artabazes itaq; cū ī mediū pdiiſſet uerba iſti-
uſmodi fecit: Nemo ueſtrū o principes uiri hoſtes contēnendos iccirco
nūc ducat: qa multitudine ſint nobis inferiores: uel qa cū deuictis a Be-
liſſario ſit decertandū: & in eos eundū q fracti iam aio ſint: Multi nanq;
falſa opinione decepti: ſeipſos ſepius fefellerūt: & dū nil oportune alios
paruifaciant: partas iam uires diſſoluere potuerunt: nam alias antehac
res male geſtæ: uiros ſolent ad egregium aliquod facinus factitan-

Gotthi Veronā redeūt qua aufugerant.

Pugnatur intra menia.

Ignauia mira Ro. exercitus. Romani Verona pelluntur.

Ro. relicta Verona Fauētiam ſe recipiunt.

Artabazis orō ī concilio pfectorum Ro.

dum hortari:nimirũ cum fortuna ipſa uel deſperatis iam rebus ad opti
ma queq; & maxima audendum compellit. Et hæc equidem non aliqua
ueſtri ſuſpitione captus nũc diſſero:q exercitũ ducitis:ſed quia recẽs cũ
his decertaui:ſatis iſtorum iã hominũ pdidici audaciam. Sed nemo ho
ſtium duxerit ſuis uiribus aſcribendum:ſi modicis cum copiis quis ſu
peretur:quãdoquidem ut preſtantiũ multitudine uirtus:ita & ſuccum
bẽtium innoteſcit. Reor itaq; uobis potius id conducturum:ſi fluminis
tranſitum aſſeruando:cum barbaris bellũ tunc ineatis:cum eorũ pars
amne dimidia ſuperato:in alterius ripæ regionem euaſerit:cũ cum iſto
rum copiis uniuerſis & unum in locum cõtractis:malũ demũ conſera
tis:hoc modo ſi uicimus:profecto nulli nõ id gloriã feret:gloriam nãq;
& ignominiam rerũ ipſarũ nuncupare exitus ſolet:Et uictores ipſos ef
ferre laudibus conſueuere mortales:dũ quemadmoduʒ ſit uictoria par
ta perquirunt. His Arthabazes poratis:dũ Romani inter ſe preſides
diuerſa ac repugnantia ſentiũt:nil oportune exequebant:ſed ibi diutius
cõmorati tempus incaſſum terebãt. Iam uero gotthoruʒ appropinqua

Totyle orõ ad ſuos.

bat exercitus:cũq; traiiciendus his fluuius eſſet:ſuos ad ſe Totylas con
uocatos his uerbis cõmonefecit:Cetera bella/o/uiri mihi propinquitate
iuncti:eaſdem fere de ſe exercitibus ſolent pugnas promittere:incerta i
men eũtibus:nos uero fortuna haud quaq̃ cũ hoſtibus pari ſed longe di
uerſa nũc uſi in id bellũ prodimus:illi nãq; deuicti ſi ua cõtigerit:non
longe poſt aduerſum nos ſunt prelium integraturi:quãdoquidem per
Italiam paſſim & in oppidorũ preſidiis magna uis militum his reliqua
ſit:ex byzantioq; exercitũ alium his affuturum ſubſidio haud quaq̃ poſ
ſit abſurdum uideri:nobis uero ſi ipſum id patiamur:hoc duntaxat re
linqueretur:gotthorum ut nomen cum ſpe ſimul diſpereat:quippe qui
ex hominum milibus centum:ad quinq; milia redacti iam ſimus. Illud
deinde ut ad memoria reuocetis:nõ ab re fore exiſtimauerim:cuʒ arma
in Imperatorẽ efferre Ildibaldo duce antehac decreuiſtis:non maiores
copias uobis ſupfuiſſe:q̃ hominũ mille:& in agro piceno oppidũ unum
undequaq; hoſtiũ locis obductũ. Vobis tamen eo bello ſuperioribus fa
ctis nõ ſolum militiam accreuiſſe ſat cõſtat:Sed imperium propagãdo
res melius proceſſiſſe:nunc itaq; ſi nauare uos operam uultis:bello uel
par eſt:proſpere ſuccedente:hoſtes omnino ſuperaturũ me ſpero:quan
doquidem q numero ac uiribus preualent:uictores euadere plurimuʒ

ſolent: Veſtrũ igitur quiſq; enixe in hoſtem ac promptius eat: in quos ſi
uos nõ nauiter ſtrenueq; geſſeritis: nullo hi poterũt pacto de cętero ex-
pugnari: Agite itaq; ſpe optima freti cum hoſte nũc manus cõſerite: neq;
ſecus iſtoꝝ uel iniuſtitiæ ſatis cõfiſi imus in preliũq; in ſubditos ita ſe ha-
buere ut ad noſtram uindicandã iniuriã: Italicę ibus ipſis pro eorũ in
gotthos audaci facinore ac ſimul proditione nõ aliud ut inferat ſuppli-
cii genus ſit neceſſariũ adeo ſũmatim ut dicam: his omnia mala ſũt p Ro-
manos ingeſta: quos in fidem ſuſceperant. Quid enim hoc hoſtiuꝫ gene-
re captum facilius: apud quos nec diuina quidem nec humana ſat iura
ualent: accedit etiã q terror per nos iſtis iniectus: ut bene ſit nobis in ip-
ſo certamine ſperandũ effecerit: non enim in alios nũc homines imus: q
qui nuper cum Veronã uenissent: ea urbe tam temere deſtituta: nec ul-
lo mortaliũ perſequente: tam turpiter ſe in fugam dedere: his Totylas
ſuos hortatus: ex his qui ſe ſequebantur militibus uiros trecẽtos ſtadiis
uiginti trans amnem abire mox iuſſit: & in hoſtium terga ex improui-
ſo ut ſe pararent: cedendoq; hos acrius infeſtarẽt: ut turbati & pauefac-
ti nec roboris ullius reminiſcerẽtur nec uirium: ipſe uero flumen confe-
ſtim peranſcundo recta in hoſtem duxit: Romanis deinde huic obuiam
prodeuntibus: & copiis utrinq; inſtructis: uir gotthus Ulatis nomine:
ut corporis magnitudine preſtans: ita & uiſu terribilis admodum: ac ſa-
ctis acer belloq; bonus: ex alteris caſtris equo medium in campum im-
miſſo: armatus galeatusq; prodiit: & ad ſingulare Romanos certamen
identidem prouocat: conciuitq;. Unde cęteris præ formidine quieſcenti-
bus: ſolus Artabazes aduerſus hũc ſtatim proceſſit: atq; utrinq; equis
calcaribus cõcitatis: ubi in uicem uentũ eſt & in proximo uentũ: in ſe im-
petum pilis. Sed prior Arthabazes dextrũ ulari latus transfigit: hũc at
barus letali excepto iam uulnere: ex equo ſupinus in terram prolabeba-
tur: ni forte qd geſtabat adhuc in manu telũ & a tergo petræ inheſerat
hunc labi nil ſineret: Tum uero Arthabazes acrius inſiſtendo in homi-
nis uiſcera telum: ictus crebrius iterando tãdiu adegit: quoad uſq; tan-
dem uulneribus confectum hunc crederet. Sed dum incautius confice-
re is hoſtem cõtendit: pili forte eum ferrea cuſpis: quod Ulatis adhuc
retinebat: ut erat ſubrecta: ſe ingerentis thoracem ſenſim traiecto; cuteq;
leniter lacerata: ex impeṙato inde ad fauces lapſa: arteriã huic interru-
pit: unde ſanguine multo ſine ullo doloris ſenſu mox deſluente: Artaba

Totylas Roma
noꝝ exercitum
aggreditur.

Artabazis ꝯ ula
ris ſingularẽ cer-
tamen.

Artabazes uic-
tor miſerãdo ca
ſu perit.

zes Romanorum ad caſtra equum dum cócitat: Vlaris gotthus mori-
bundus in terrã lapſus procubuit. Sed Arrabazes ipſe ſanguinis proflu-
uio nil penitus remittente: poſt tertium diẽ ex humanis exceſſit: ſuiqꝫ
deſideriũ uel mortuus quidem Romanis reliquit. Exercitus deinde ma-
nus utriqꝫ conſerere: & in inuicem fortiter decertare: in ipſoqꝫ pugne ar-
Ro. ammiſſis ſi- dore barbari trecenti illi quos ſupra meminimus: Romanis poſt terga
gnis fede uincũt ex inſperato comparuere: quibus hi uiſis: maioremqꝫ eſſe multitudinẽ
rati: pauore ingenti perculſi ſeſe in fugam proripiunt: quos barbari in-
ſectati: fede cõcidũt: & quos uiuos cepiſſent in cuſtodiis habuerẽ: ſignaqꝫ
omnia quod antea nunq̃ Romanis contigerat: adimunt. Romani uero
exercitus duces: ut cuiqꝫ licuit cum paucis quibuſdam iam fugam capeſ-
ſerant: & in que ſe forte receperant oppida: uigiliis ſtatim & cuſtodibus
firmãt: hoc Totylas bello peracto: non longe poſt aduerſus Iuſtinuȝ &
Gotthi Florẽtiã Florentiam urbem copias miſit: Hiſqꝫ Vndellam Rudoricumqꝫ & uli-
obſident. arem bellicoſiſſimos uiros pfecit: qui ubi eo demuȝ uenere: circa muros
mox cõſidendo: obſidione hos cingunt. Iuſtinus uero quia nullos in ur-
bem conuexerat: antehac commeatus: perturbatione affectus immedi-
ate: Rauẽnam ſtatim ad Romani exercitus principes miſit precatum:
ſibi ut periclitanti opitulatum uenirẽt: noctu qui mittebatur fruſtratꝰ
hoſtem: Rauennam peruenit: reſqꝫ quo ſtatu florentie eſſent denuntia-
uit. Tum uero Romanorum non parui momenti exercitus extẽplo Flo-
rentiam Ciprianus & Ioannes duxere: de quorum aduentu per explo-
Micale. ratores gotthi facti iam certiores: ſoluta obſidione in locum qui Micale
dicitur: & diei uia a Florentia diſtat ſecedunt: Poſtq̃ uero Romanus ex-
ercitus cum Iuſtini ſe copiis iunxit: is namqꝫ paucis ad eius urbis relic-
tis cuſtodiam: ſuis obuiam uenerat: prefecti omnes in hoſtem duxere:
hiſqꝫ progredientibus perutile fore eſt uiſum: ut ex omni exercitu lec-
tiſſimi quiqꝫ precederent: ex incurſioneqꝫ cum hoſte repentius cõſererẽt
manus: eodemqꝫ & cetere copie ſenſim uadentes ſupuenirent: ſorte itaqꝫ
in primores exercitus miſſa: fortune ſententiam ſinguli expectabant:
& ea demum in Ioannem incadente: ſtatim is cogitur cum ſuis militibus
pcundo in hoſtem ire: barbari uero aduentu in ſe Romanorum pcogni-
to campo eodem in quo tunc forte habebant caſtra pre formidine deſti-
tuto: in uaſtiorem & proximum collem: qui ea prominet regione: effugi-
Pugnatꝰ ad Flo- um tumultuoſius habuere: Ioannis uero tum milites ubi ad hoſtes ue-
rentiam.

nerunt operę in hos nauandæ incumbunt:& Barbaris uiriliter ſe defen
dentibus impulſione res acrius gerebatur:unde per multi utrinq; ſpe-
cimen de ſe uirtutis edendo cadebant. Ioãnes interea clamore ingenti:
ac turba in hoſtes dum impetum facit:ſuis/e/Satellitibus quidam telo
per barbaros ictus procubuit:cuius ex caſu Romani parumper ſumori
pedem iam referebant:ſuperuenientes deinde in campum Ramanorum
tunc copiæ falange facta ibidem cum conſtitiſſent refugientes ad ſe Ioã-
nis iam milites recipiebant:cum hiſq; ſimul prodibant in hoſtem: & ex
ea retulere pugna uictoriam:atq; adeo ut barbaros delere non difficul
ter potuerint:ni ſorte quadam per Romanorum caſtra falſus delat⁹ ru
mor fuiſſet. Ioãnem a/ſuis armigeris eſſe eo prelio interfectum:quæ fa-
ma ubi primum ad principes ipſos peruenit:haud quaq; diutius ibi ma
nendum duxere:ſed indecoram omnes diſceſſionem mox facere: incom-
poſiteq; abire:non turmatim aut ex ordine:ſed ſeorſum ut poterat q̈q;
ſeſe in fugam proripere:in qua multi mortales inſectantibus barbaris in
ter iere:qui uero incolumes forte euaſerant:multos iam dies nemine in-
Romani turpi-
ſectante turpiter fugitabant:Demum ſe in preſidia ut licuit recipientes:
ter fugiunt.
te Byzãtium nuntiabatut dicta factaqꝫ omnia Imperatori aperuit. Quare audita Iuſtinianus cõiici incarcerẽ iubet Artabanis milites: ab hiſqꝫ ut queſtione uerum elicerent principibus nonnullis permiſit: ubi uero detecte inſidie ſunt: & in lucem uenere: exſcriptæqꝫ omnes eodem ad ſe in cõſilium principes ac Senatorii ordinis cæteros uocat: his uero & palam quæ queſtione expreſſerant recitantibus: in Germanum Iuſtinũqꝫ filium id etiam crimen conferri cęptum: Germanus tamẽ Marcello Leontioqꝫ in eius excuſationem rem probe teſtantibus: proditionis ſuſpitione exoluitur: Ad hęc & Conſtãtianus ipſe ac Buzes iureiurando intrepide confirmarunt: nullo ſe pacto Germanum condemnaturos: ſed omnia ita ſe habuiſſe ac p Marcellum fuiſſet & Leontiũ explicata: Vnde Senatus ſententiam tulit: ne Germano ea res noxę impoſterum aut fraudi foret: ut in rempublicam nil quippiam delinquenti. Verũ ubi per Senatores ad Imperatorem intus eſt itum: Iuſtinianus parari ſibi inſidias ęgerrime ferre: & Germano precipue acrius ſuccenſere: eiuſqꝫ tarditatem longaſqꝫ moras ad denunciandũ ſibi periculũ identidẽ criminando. Dum interea Imperator ſic ira ſuccenditur: duo quidã ex Senatoribus illi gratificãdo: recte Iuſtinianum ſentire aſſeuerabãt: & eã rem ferre moleſtius uidebantur: atqꝫ ut Iuſtiniani iracundiam inſtigãdo in maius eueherent: homines nimirũ quibus curæ id eſſet ut ex aliena calamitate ſibi gratiam apud dominum quererẽt: Cęteri uero ut pauentes formidineqꝫ contracti mox conticere: & ab arbitriũ Imperatori cũcta pmittere: ne forte obſiſtere uiderent. Solus Marcellus uera profatus Germano ſaluti fuit: & Imperatoris iram pmulſit. Iuſtinian⁹ igr Artabanem exauctoratum imprimis: coniuratoſqꝫ cæteros aliis nullis affectos malis: aſſeruari in carcerem iuſſit. Dum hæc gererentur toti⁹ Heſperie Barbari Imperio potiũtur. Romani uero cũ gotthis & ſi paulo ante ut diximus debellatis: bellum dum integrant pecuniarũ hominumqꝫ iactura ingenti facta: & ſine ullo eorum cõmodo Italiam ammiſere: cum hac ſimul illyrios fere omnes thraceſqꝫ: cum a barbaris iam finitimis fact: s ſua omnia agerentur in predam: & ipſi item ſede deperderentur: Galliarum partem ſuæ quondam ditionis effectam: in hui⁹ belli principio gotthi germanis tradiderant: cum minus ſe poſſe exiſtimarent Romanis ſimul ac germanis reſiſtere: id ſane factum non ſolũ nil prorſus Romani interpellarunt: ſed ut gallias ſibi germani haberẽt. Iu

Inſidie Imperatori patefacte

German⁹ nimio ſilentio pene interiit.

Cõiurati exauctorati in carcerem coniecti.

Heſperia omnis in Barbarorum poteſtate.

Germanis gallias donauit Iuſtinianus.

ſtinianus ultro permiſit: non enim illi has tuto ſe poſſeſſuros rebantur:
niſi & imperator ut ſuæ ditionis futuras perpetuo confirmaſſet. Quo

Maſſilia.

factum ut eo extempore principes germanorum Maſſiliam ſocenſium
quondã coloniam & cętera circa id mare loca tenuerint: totiuſq; eius orę

Arelate.

maritimę potiti imperio ſint: Vnde & Arelate nunc reſidẽt ad certami-
nis equeſtris ſpectaculum: aureum nummum natiuo/e/galliarum me-
tallo hi cudunt: non Romani Imperatoris ut cæteri ſolent: imagine ſed

Germani ſoli aureũ numiſma ſine Imperatoris imagine cudũt.

ſua impreſſa. Perſarum ſiquidem Imperator & ſi ad arbitrium argen-
tum numiſma facit: aureo tamen non illi fas eſt ſuam ut imponat effigiẽ
nec barbarorum princeps alius quiſquam id facere auſit. Sed de his ac-
tenus. Franci interea pleraq; ſibi & nullo iure in Venetos occupant lo-

Franci in Venetos.

ca: cum nec Romani tueri ea iam poſſent: nec gotthis tantum uirium eſ-
ſet: ut his utriſq; bellum inferrent: Gepedes inſuper Sirmium urbẽ &

Gepede Dalmatiã diripiũt Sirmium.

dalmaciæ alias ciuitates maiorẽ in partem preoccupantes tenebãt: quas
Imparator proxime/a/gotthis receparat: & Romanos quos ibi deprehẽdũt
captiuos abducũt: progrediẽdoq; ſemp Romanum populabantur Im-

Gepidis ſtipendia. dabit Imp.

periũ: eaq; de cauſa: nulla his de cætero Iuſtinianus ſtipẽdia pſoluebat:
quæ antehac/a/Romanis accipe conſuerant: Longobardos interim Im-

Longobardi.

perator Norico urbe: & ĩ pãnonia nõnullis pſidiis & aliis locis pleriſq;

Noricum.

cum ingenti pecunia donat: Qua ex re Longobardi exciti oẽs/e/ ppriis
ſedibus abeuntes: ſupra hyſtrum fluuiũ non procul a gepedũ natiõe cõ-
ſidunt. Sed ipi inſup Dalmaciã oẽm & ſimul illyrios aduſq; Epidamnũ
depopulati in ſeruitutẽ quos cęperant abegere: ſed ex captiuis nõnulli
exfuga domũ cum ſe recepiſſent: circũeuntes Romanorũ Imperiuʒ bar-
bari: cum his pinde fœdere iuncti: quoſcũq; nacti ubiq; fuiſſent: qui ab
ſe paulo ante profugerãt: & inuẽtos aptius noſcitarẽt: ſeruilem in modũ

Eruli.

comprehẽſos ut fugitiuos uel/a/parẽtibus ipſis abſtractos: nemine reſi-

Sigidonum.

ſtẽte trahebant. Erulli preterea alia dalmaiæ loca Imparatoris pmiſſu
& circa Sigidonũ urbẽ habebãt: ubi uel ad id tẽporis habitãt. Deinde
Illyrios hi & ſupra thraciã oia incurſantes iãpridẽ depopulant & ua-
ſtant. Sed longo poſt tẽpore Gepedes ipſi Lõgobardiq; ut proxime ha-

Bellũ inter Gepidas & longobardos.

bitãtes: hoſtes inuicem facti & armis decernere cõtrouerſias cupidi ad
pugnã tẽpus cõſtituũt. Sed Longobardi haud quaq̃ Gepedibus pares
ſe fore & ſoles rati: nam numero erãt hoſtibus longe inferiores: cum Ro-
manis ſibi incundũ fœdus eſſe cõſtituunt: unde ad Imparatoreʒ oratores

dimittunt:ipſum id poſtulatum:haud ſecus & Gepedes faciunt·Chori/
ſinus tunc temporis Gepedibus p̄erat:Longobardis Abdinus·Impator
igitur auditusꝶ utroſqꝫ ſeorſum tamen ſe pollicetur · Longobardi itaqꝫ
cum in Impatoris conſpectum uenissent:orationem hmōi habuerunt·
Nos quidē/o/Imperator Gepedum facta abſurdiora maximū inmoduꝫ
& audaciā obſtupeſcimus:quod cum ea & multitudine ſint:ac pariter
magnitudine preſtent:quā multaqꝫ nequiter in tuæ ditionis homines
fecerint:& nobis itē hoc tempore maximā iniuriam inferant:ad te iſti
nunc ueniant ſocietatē & amicitiam deprecatū:qui ſoli omniū finitimos
extremis iniuriis afficere,quos ad iniuriā nouerāt oportunos:& ad fal
lendum perfaciles:& hi quidē ſuę uecordiæ penas nunc luunt:q affecti
ſemel iniuria ad hos rurſum ſe conferunt:Sed illud imprimus aduertas
o/Imperator depoſcimus:quo nā animo Gepedes iſti amicitias faciant:
ſic.n.peragere poteris quæ Romano ſint imperio conductura:nam ex
preteritis factis contemplari futura homines queunt:& in tuto eadem
conſtituere:Enimuero ſi Gepidum mores quis uelit ingratitudinem
ſimul & iniurias inomnes illatas oſtendere:Longiore huic proculdu/
bio opus oratione foret:ac tempore:externiſqꝫ teſtimoniis:Verum
ut cætera in præſenti ommittam/e/ recentioribus iſtorum factis exem/
pla nunc capere poteris:Gotthi quondam Dacarum terras uectigales
habebant·Gepedes omnes circa hyſtrū utrimqꝫ fluuium ſic habitabāt:
ut ueriti Gotthoꝶ tunc uires:ſuos excedere terminos ne attēptare qui/
dē potuerint·Nūc uero Romanoꝶ cōfederati:quoꝶ & ſe ſtudioſiſſimos
dicunt:ſub amicitiæ ſocietatiſqꝫ noīe:in ſingulos annos ut/a/præteritis
quondam Impatoribus:ita & abs te nunc multa & egregia referunt do
na:Sed hos equidē perlibēter rogauerim quibuſnam beneficiis pro tan
tis receptis muneribus Romanos affecerint:At nihil profecto habituri
ſunt nec minimum quidem quod proferant:Cum cauſæ itaqꝫ nil pror/
ſus his eſſet:cur nobis iniuriam facerēt:non uolūtate ſed neceſſitate tūc
quieſcebant:Vos nanqꝫ Romani quæ trans hyſtrum fluuiū ſunt ueſtrę
facere ditionis non uultis:hos uero quæ citra ſunt:quo minus ſibi nunc
uendicent gotthorū formido coheret·Quis enim animi Improbitatem
impoſterum dixerit:uel quod nam amicitiæ fuerit ſtabilimentum:ubi
peccandi licentia queritur:non ita res ea ſe habet/o/ Impator non ita:
potētia nimirum ipſa:hominis precipue prefert naturam:pregerenda

Cchoriſinus
Gepidaꝶ rex·
Abdinus longo
bardoꝶ rex·
Longobardorū
oratio ad Iuſti/
nianum·

Gepidaꝝ iniu- rie in Romanos

rum reꝝ licentia ſuos emittentē inpublicum mores. Nam ubi Gepedes
ex uniuerſa dalmacia eiectos gotthos uidere: Romanos uero cuꝫ hoſti-
bus pacem: & ubiq; terrarum habere: ueſtras inuadere terras auſi ſunt
omniū ſceleſtiſſimi. Quis enim uerbis rei explicare abſurditatem nunc
queat? non ne Romanum aſpernati Imperium ſunt non ne fœderū fœ-
deratorūq; hi leges ſoluere non ne in eos inq̃ cōtumelioſi fuerūt: in quos
minus oportuit nōne deniq; regiæ maieſtati uim intuliſſe uidētur? cu
ius uel ſeruitus per quā libenter & merito ſubeunda his eſſet: ſi quod
forte nunc uobis belligerādi in hos ſtudium foret. Gepedes Imperator
Sirmiū habent Romanos in ſeruitutē abducunt: & uniuerſam Dalma-
tiam ſui ſe iuris feciſſe iactant: Quod unq̃ hi bellū pro uobis geſſere: ut
uobis cum una in aciem prodierūt ni forte contra uos ipſos potiti uicto-
ria ſint? uel cuius nam in certaminis præmiū: terrā hanc ſuam fecere: tā
& ſi mercēnarii & ueſtri milites ſint: Ad hæc accedit quod nullo unquā
ante hac ſeculo ſceleſtius quippiā fuit hac & preſenti ipſoꝝ legatione
Siquidem ubi ad inferendum uos ſibi bellum ardentiores ſuidere: By-
zantium uenire auſi ſunt: in Imꝑatoriſq; iam tāta per ſe affecti iniuria
conſpectum prodire: & ea de cauſa ut pro innata his impudentia uos co
hortentur: in nos bellum geratis qui ueſtri tam maximo ſtudio ac beni
uolentia detinemur uel forte ut ultro Romanis reſtituant: quæ inde-
center inuaſerint: & negligentiæ longobardos incuſent: ſuū apud eos ut
facinus deprecentur: quoꝝ formidine: in uita hac ſe & fallaci: ſed ſero
benignitate cōmuniunt: ſed ei nimiꝝ qui ex neceſſitate gratiam fecerit ita
ſuccumbat neceſſariū eſt: qui affectus beneficio fit: quod ſi nunc demum
ab eoꝝ nolint indecentibus factis deſiſtere: quid nam de cætero poterit
tantā animoꝝ malignitatem peruincere? hæc igitur o Imperator & ſi
prę uerboꝝ barbarica quadam ineptitudine: pro reꝝ ipſaꝝ dignitate
nō explicarim: tute tamen pro tua prudentia ſi quid forte defectius q̃
Longobardi ca- tholici. neceſſitas ipſa depoſceret enarraui: quæ Romanis ſint Longobardiſq;
tuis admodum profutura: ut uiſum fuerit peragito. Demū ad cætera
Gepide arriani. te eius rei admonitum uelim: nos cū Romanis de uera iuſtitia diuinoq;
cultu eadem ſemper & recte ſenſiſſe: hos uero ut Arianæ hereſeos ſecta-
tores: nulla uobiſcū in re cōuenturos: hæc lōgobardi cū deniq; potaſſent
Gepidaꝝ oratio ad Iuſtinianū. Gepedaꝝ oratores Imperatorem poſtmodū adeuntes dicere ita exorſi
ſunt. Par equidē fore cenſemus o Imꝑator: ut q̄ pro ineunda ſocietate

ad proximos ueniunt: Imprimis edoceant: iuſtiora quædā ſe deprecatū
ueniſſe: & futuris ut ſociis ita & ſibi per cōmoda: & in eam ſententiam ut
uerba mox faciant. Sed queādmodū a longobardis priores ipſi affecti
iniuria ſimus: ex eoquod inferet perſpicuū fiet: Nos qppe ut ex ęquo
altercationes ſoluamus ſummo ſtudio nitimur: & qui ſtare aliorū ſentē
tię ſtudent: uiolari non ſine iniuria poſſunt. Gepedas uero & hominū
multitudine & uirtute Longobardo preſtare: qui nam eorum qui id
probe percalleant: in explicando non longior fiat. Et ſane eorum qui
ſapiant neminē malle exiſtimauerim in promptius aliquid malū inci
dere: ſi cum paucioribus iunctus certamen aliquod ineat: quandoquī-
dem ei uel maxime liceat: cum ualidioribus in hoſtem & ſociis decertā
do: ſine periculo referre uictoriā: Vobis itaqꝫ in alios quoſcumqꝫ eū
tibus gepedes ſe ipſos & arma conſociabunt: ut qui uobis obnoxii pro
acceptis beneficiis ſint: & uirium magnitudine ueſtrę reipublicę uicto
riam una conſequentur. Ad hæc & illud maxime aduertendū: Longo-
bardos iſtos Romanoꝝ in Amicitiam nuper ueniſſe: gepedas uero uo-
bis confęderatos eſſe: & diu iam cognitos: Amicitia uero temporis diu
turnitate conciliata: diſſolui non facile poteſt. Fit itaqꝫ ut belli ſocios nō
ſolum fortes nacti uos ſitis: ſed ſtabiles ac plane perpetuos: hę ſane iuſtę
ſunt nobis ad ineundam uobiſcū ſocietatem allicibiles cauſe uiſe: Sed ad
uertite quales nam longobardi moribus ſint. Controuerſias omnes in-
ter nos ipſoſqꝫ obortas: uel hortantibus uobis: ex æquitate diſſoluere
minime Cenſuerunt: audacia quadā & temeritate detenti: & ubi iā bel
lū in manibus erat: tunc ipſi ut prepoſteri quidam ordine nullo ſerua
to: & eorū ut palā impotentia fieret: ad uos ueniunt deprecatū Roma-
nos: pro his ut indecēter certamē ſuſpiciatis: proinde predones iſti Sir
miū oppidū & cetera dalmatię loca belli uobis cauſā fore pretendunt:
tā & ſi Imperatori tibi ciuitatū tantum & locoꝝ ſupſit: ut uel hominū
nationes nonnullas perquiras: quibus Imperii partē aliquā ad incolē
dum concedas: quemadmodum francos: erulloꝝqꝫ gentē: uel iſtos in-
ſuper Longobardos tot tantiſqꝫ uel Ciuitatibus uel locis donaſti: ut ea
uix quiſpiam queat enumerare: Nos uero ex tua amicitia fiduciā na-
cti: omnia ut tibi collibuit egimus: Nam qui aliis ſua prodiderit: poti
ore longe eſt ſorte: q̄ qui rea dono acceperit: putat nāqꝫ donū ſe accepiſſe
qui id prior contulerit: ſi modo pro munere in alios ſorte collatū non

aſſequatur iniuriã· At qui amicitię tecũ conciliatę quiſpiam id confidẽtia fecerit: quod & gepedes feciſſe erga Romanos ſunt uiſi: quoꝝ ipſi i nos beneficia recordati: q̃ maxime id ex fędere ipſo depoſcimus: nobiſcũ in Longobardos bellum geratis: ſin uero minus id placet: at ſaltem neutris noſtrum fauendo ut ſeorſum abſitis· Si rebus hoc pacto noſtris conſulueritis: quę equiora ſunt facturi uos eſtis: & pro Romani Imperii dignitate: hæc Gepedes: his auditis Iuſtinianus conſilio habito: Gepedas quidem re infecta dimiſit· Cum longobardis uero belli ſocietate inita: iureiurandoq; confirmata: equitũ ultra decem milia ad eos mox mittit: Romanis ducibus cõmonefactis: gepedarum ut gente celerrime debellata: maximo in Italiã ſtudio: cũ equitatu omni contenderent: hos inde ad Longobardos euntes: mille & quingenti dũtaxat erulli/e/ ſotiis ſequebantur: nã cęteri omnes Romanis pauloante deſertis cũ gepedibus ipſis conuenerant· Sed Romanorũ pars militũ quędã dum ad Longobardos contendit: in erullos quoſdã Aordo duce exinſperato incidũt inde pugna ſumma contentione & ſtrenue facta: Romani uictores euadunt: Aordumq; ducem & erullorum non paucos interficiũt· Gepedes interea cognito exercitus Romani aduentu: & hunc quidem appropinquare: omnes extemplo cum Longobardis diſcordias ſoluunt & fęderibus inuicẽ factis in unum uel Romanis inuitis mox coeunt: quod utiq; ubi Romanorum cognouit exercitus: ut dubius animi conflictari hereretq;: quid nam in re preſenti eſſet & periculoſa facturus: non· n· uel pgredi poterat uel retro iã cedere: prefectis uerentibus: ne gepedes Erulliq; incurſantes: illyriorum loca popularentur: eodem itaq; quo conſtiterat loco poſitis caſtris cum expectandum deniq; cenſuiſſet: quẽadmodum ſecum tunc ageretur Imperatori ſignificauit· Sed de his actenus: Ipſe uero unde digreſſus ſum redeo: Beliſſarius interim nulla referens militię decora Byzantium uenit: cum per quinquiennium ex Italia nuſpiaʒ abſceſſiſſet: nec potuiſſet per eam quoq̃ pacto uagari: ſed tacita fuga quadam detentus: ut uitabundus: id omne tempus de loco ad locum migrando conſumpſit: qua ex re factum ut urbem Romã iterato in ſeruitutem receperint gotthi: cum eaq; & cætera fere Italiæ oppida m Peruſiam tamen in Tuſcia primatum facile nactam: Beliſſarius cum arctius obſideret: diſcedens reliquit: & ex itinere per ſuos captam accepit: Byzantiũ demum cum perueniſſet: ibi diutius cõmoratus: ex ocio uiue

Iuſtinianus cuʒ longobardis contra Gepidas fedus init·

Romanorũ manus Erubos uincit Aordus·

Longobardi & Gepide aduẽtu Romanorum fedus ineunt·

Beliſſarius Byzantium redit· relicta Italia·

Peruſia capta· Beliſſari9 nihil laudis ex Italia ferens ocio marceſcit·

re:& indelitiis affluẽtibus opibus agere:rebus antehac fęliciter geſtis
contentus:Vigilius autẽ urbis Romanæ ꝑſul cũ Italicẽſibus aliis & pri Vigilius Pont·
moribus uiris:qui ſecum Byzantii erãt:ab Impatore ſuppliciter & eni Max·
xius poſtulabãt Italiam omnibus in ſuam ut uiribus redigeret poteſta
tem·Sed gotthicus pręteris maxime uir ſane patritius ad ipſum id hũc
crebro impellere hortariq̃;ut qui ea de cauſa Byzãtiũ ſe cõtuliſſet Im/
perator uero Italiã ſibi curæ fore reſpondit·Sed circa Chriſtianoꝝ do/ Iuſtianus here/
gmata cõponẽda nimis intẽtus:eoꝝ altercatiões ut recte diſponeret ni ſum hoſtis·
tebat·Ildiges interea Longobardus uir quidam eius rei ob gratiã ſe ad Ildiges Longo/
Sclauenos & inde ad Gepedas cõtulit:quã explicaturus mox ſum·Ea tẽ bardus·
peſtate qua Lõgobardis Baces Imperitabat:huic nepos erat Riſidulfus Baces·Long·
nomine quẽ lex ad eaꝫ pfecturã ſi Baces decederet euocabat·Sed Baces Riſidulfus long·
ipſe dum filio proſpicit:& ad hũc ut principatus ueniret enixe curat:cri
minis Riſidulfũ inſimulauit:noxæ nil prorſus habẽtis:eoq̃ hominẽ exi
lii iactura affecit:qui ſtatim e patria ꝑfugus factus: cum paucis qui/
buſdam ad barnas profugit:liberis duobus dimiſſis·Sed Baces tradita Barne·
nõ parua barnis illis pecunia facile ſuadet Raſidulfũ ut necarẽt·Ex Ri
ſidulfi uero tunc liberis alter morbo interiit:alter & hic quidẽ Ildiges
ſe in Sclauenos fuga recepit·Non longe poſt Baces cum in egritudinem
incidiſſet ex humanis abſceſſit·hoc mortuo ad Baldarum Bacis tunc
filium Longobardorum Imperium uenit: eumq̃ is puer admodum Abduinus tutor
eſſet· Abduinus tutor mox conſtitutus regnum adminiſtrabat: Ex Baldari·
eoq̃ ſibi q̃ maximis uiribus comparatis:imperium non longo poſt tem
pore & ipſe obtinuit: puero ex morbo protinus decedente: Cum itaq̃
gepedas inter & Longobardos bellum iam pararetur· Ildiges ſtatim
Longobardis qui ſe ſequebantur:& Sclauenorum compluribus ſecum
eductis ad gepedas uenit: ſatis ſperantes ſuæ gentis hunc principem
fore· Cum itaq̃ Gepedes per fœderum cauſam iungendorum ad Lon
gobardos ueniſſent:Abduinus ab his ſtatim ut ab amicis depoſcit· Il
digem ſibi in poteſtatem ut traderent: Tum Gepedes cum hominem
prodere nil prorſus decernunt: inde abire quo uellet Ildigem libe/
re permiſerunt: Tunc ille ſtatim & nulla interpoſita mora: cum Ge/
pedibus quibuſdam comitibus ſuis & uoluntariis ad Sclauenos ite/
rato ſe confert: indeq̃ ad Gotthos & Toryllam uenit: exercitum

nõ minoris numeri ductãs q̃ militũ ſexcẽtorum in Venetoſq; demũ pre
Prefectus Ro. i Venetis ab Ildige uincitur.
fectus cũ Romanos Lazaro quodã duce obuios habuiſſet cũ his acie ſta
tim cõflixit: Vnde Ildiges Romanis in fugam actis: & compluribus in
terfectis: nõ tamen ſuas cum gotthis copias iunxit. ſed flumine hyſtro
traiecto rurſum in Sclauenos ſeceſſit. Dum hæc interea gererent Beliſ
ſarii armiger quidã Ilaus noĩe: genere barbarus: ſuapte natura iracun
dus & acer per gotthos alias in Italia captus ad Totyllam: & ſi ad defe
ctionem nil prorſus cauſæ nactus deſciuit: Hũc Totyllas copiis magnis
p̃fectum ad dalmaciæ loca cum claſſe trãſmiſit: q ubi ad locũ Muchirũ
Muchirũ.
uocitatum puenit: qui ferme maritimus eſt & Salonis quã proximus:
principio quidẽ cum eius regionis hominibus haud ſecus diuerſabatur
ac Beliſſariũ tam magnę opinionis uirũ propinquitate contingeret: en
Res ab Ilao. p̃fecto Totylle geſti in Dalmatia.
ſe deinde nudato: hortatuſq; ſuos ad facinus: omnibus excẽplo necatis:
eorũq; rebus direptis inde mox abiit: locũq; aliũ quendã quem Laure
Laureates.
atẽ uocant Romani: ad littus ſitum inuadit: & incõtinẽtẽ egreſſus quos
Claudianus.
obuios habet obtruncat: Quod ubi factũ Claudianus reſciuit: qui Sa
lonis tũ preerat: exercitũ nauibus quas dromonas dicũt impoſitum ad
uerſus hũc miſit: qui poſtq̃ Laureatem puenit: maximo interuallo p̃lio
uincitur: fugãq; uerſi ut licuit p continentẽ capeſſunt: relictis in portu
dromonibus: ubi & nauigia aliqua pleraq; aderãt: frumento & aliis cõ
meatibus plena: quibus omibus Ilaus direptis interfectiſq; quos prope
deprehẽdit: aliarũ rerũ ingenti cũ preda ad Totyllã rediit. Sic demũ
Annꝰ belli xiiii
exacta iã hyeme quartus & decimus annus belli huius exhibat: qđ Iſis
Procopius cõmendauit. Totyllas deinde copias uniuerſas Romã duc
tauit: hãcq; circũuallandọ obſedit: dimiſerat ad urbis cuſtodiã Beliſſa
Diogenes.
rius milia hominũ tria fortiſſimorũ: hiſq; Diogenẽ haſtatorũ ſuorum
Ducem & ſolum p̃fecit: qui utiq; & ſapientia preſtabat & uiribus: prop
tereaq; diuturna ea fuit obſeſſio: nã & obſeſſi ſuperante uirtute: uniuer
Vrbs a Totylla obſidet.
ſis gotthorũ reſiſtere poſſe copiis uidebantur: & Diogenes diligẽtior ad
urbis cuſtodiã erat: & mẽnibus appropinquaret: frumẽtoq; intra ur
bẽ iã facto: ne decętero ſuis neceſſaria de eſſent effecerat: Barbari uero cũ
oppugnare męnia attẽptaſſent reiecti mox ſunt: Romanis hos ſtrenue
repellẽtibus: portu tamen ciuitate potiti: Romã enixius obſidebant.
Impator interim Beliſſariũ cõſpicatꝰ ad ſe Byzãtiũ aduenisse: alterum
aduerſꝰ gotthos p̃fectũ nõ lõge poſt mittere aĩo dſtinat: qđ utiq; ſi dñiq;

peregiſſet:profecto nil ambigā Romam eius inditionem manſurā fuiſ/
ſe:iriq; hoſtē facile ſuparum:& milites ex Byzantio cōtinenter in Italiā
miſſi cū Romano exercitu ſe cōuixiſſent:Sed cum Liberiū & ſi Roma/
nū & conſularem uirum ad Romanæ urbis nunc deligit prefecturam:
nunc aliis ſemet interpellat negotiis :cunctandoq; interim & rem
prolatando prior illa animi promptitudo ſupprimitur: factum eſt
ut in longū extracta ſit ea urbis obſidio:& Iſauri quidam qui capenam
ad portā haberent cuſtodias:exemplo partim Iſaurorū alias Aſinariā
portam gotthis prodentium ducti:partim etiā cauſati non debita ſibi
ſtipēdia ſolui:quam occultiſſime cum Totylla in Colloquiū uenerint:
& urbē illi prodituros ſe faterentur: Vnde conſtituta dies ad facinus ē:
quæ ubi demum aduenit:id rei Totyllas machinatur:in Tiberim flu/
uium prima noctis uigilia naues longas duas immiſit:hiſq; uiros im/
poſuit ſtrenuos:& nōnullos tuba canēdi gnaros imprimis admonitos:
flumine ut aduerſo remigātes procederent:& ubi q̄ proxime muros ue
niſſent:quanta ui poſſent buccina clangorem eliderent:Ipſe interea ho/
ſtem fruſtratus:Capenam ad portam paratum habebat exercitū: cūq;
animo agitaſſet multos militum Romanorum noctis beneficio euaſu/
ros:habiturosq; aliquo ut in tenebris delitēſcendo effugium:eiuſdem e/
regione portę fortiſſimos uiros:& aliis nōnullis in locis in inſidiis locat
& ſimul iniūgit Romanos ut fugiētes necarēt. Qui itaq; in nauib9 erāt
ubi proxime ad muros uenerunt:ut Imperatum his fuerat:ingenti clan/
gere ſono cepere:Romani uero rei nouitate obſtipefacti maioriq; per/
culſi formidine:ac derepēte turbati:temere relictis cuſtodiis eo omnes
ſtatim cōcurrere ubi datū fuerat buccina ſignū:eā muri partē hoſtes ſu
iſſe adortos rati:Soli oīum ꝓditores Iſauri in ſuis cuſtodiis ꝑſtitere: &
portis hoſtibus patefactis:hos intra urbē excipiant:ingens eo in loco ſu
ꝑuenientiū cedes facta:multi iā ex Romanis ꝑ alias & ab hac diuerſiſſi/
mas portas abibāt:ſed q Cētūcellas petebāt i iſidiatores delati trucida
bant:uix paucis euadētib9:quos iter & Diogenē ferūt ꝑfectū iā ſauciū
i tutū ſe recepiſſe. Erat i Romano exercitu Paulus qdā genere Cylex q
Beliſſarii domui pau lo ante ꝑfuerat:& eqtū deide ꝑfect9 ē turmę:i Ita
liaq; uel antehac militauerat:& cū Diogene una deniq; fuerat ad urbis
cuſtodiā cōſtitut9:Is itaq; Roma iā capta cū eqtib9 q̄drīgētis ad adria
ni ſepulchrū cōfugit:ponte ꝑoccupato:q ad ſacrā bti petri fert edē: got

Iuſtiniani incuria in defendenda urbe.
Liberius Ro.
Capena porta.
Cura Totylle ne quis obſeſſorū aufugiat.
Iſaurorum Militum proditio.
Roma a Totylla capitur.
Paullus Cylix.
Paullus in Hadriāi ſepulchrū ſe recipit cū D.

thorum itaq; copię prima luce hoc ipſe in ponte ubi cū his pugnā conſerueret: uel Romanis ualidiſſime reſiſtentibus ſuperiores iā erant: Sed barbaroꝝ quia in anguſto ſuametipſi præ multitudine: conferti nimis & preſſius dimicarent magna uis cecidit: quod ubi Totyllas ipſe aīaduertit: & magno ſuorū detrimēto rem geri: ſigno receptui dato pugnā remiſit: gotthoſq; monuit: ut ex aduerſo hoſtiū iſidēdo quieſcerēt: ſame ratus Romanos ſe uiros ocius comprehenſurū. Paulus interea & eqtes quadringēti: cum inedia laborarēt: eam noctem in ſomnē egerunt: inſequenti autē die inito cōſilio equos interficere ſtatuunt: & eorū carnibus quoad poſſent decetero uesci: ſed inſoliti cibi tedio ac nauſea capti: in ſerum diei rem differūt: tam & ſi acerrime iā fame opprimerentur: itaq; dici ſecum fluctuati animo inuicem ad audax facinus ſe cohortādo: longe ſibi melius fore decernunt: decenti potius aliquo mortis genere uitā finire: q̄ fame turpiter indecēterq; interire: In hoſtem igit̄ impetum & de improuiſo facere ſtatuunt: ex hiſq; tā multos occidere: q̄tum cuiq; uiriū foret: ac ſtrenue demū mortem obire: unde ſe mutuo ac derepēte cōplexi deoſculatiq; mortis uiā gratanter mox inēūt: ut omnes una ac ſubito perituri. Qua re Totyllas cognita ueritus ne homines morti ſe deuouētes: deſperata ſalute et inſanabilibus gotthos malis affecturi mox eſſent: ad hos protinus miſit qui alterā ex his optionē afferrent: ut aut eqs dimiſſis armiſq; depoſitis iureiurando dato ne in gotthos decætero militarent: integri omnes dimiſſi byzātiū irent: uel ſua ſibi habētes: ęqua cum gotthis ſorte apud ſe militia exercerent: quibus cōditionibus Romani libēter acceptis: tum primū abire omnes byzantium malle Deinde pedites & inermes abſcedere cū hos puduiſſet: & ad hæc ueriti ne in tam longo itinere in inſidias pręcipitando perirēt: & ſimul id incuſarēt longi temporis Romanam rem publicam debere ſibi ſtipendia: gotthorum demum ſe copiis uoluntarii omnes immiſcent: Paulus dūtaxat & Iſaurus Mindes Totyllę cū in conſpectum ueniſſent Byzantiū dimitti ſe precabantur: filios affirmantes uxoreſq; ſibi in ea patria eſſe: ſine quibus uitā ducere minime poſſent: Quibus Totyllas ut uera fatentibus: uiatico condonatis: commeatuq; dato: & qui ſe inſuper ducerent: liberā byzantium abeundi poteſtatem permiſit: Ceteri deinde Romani q ad ſacras ædes confugerant: trecentorum fere hominum numero: fide ſalutis accepta: extemplo ad Totyllā conceſſerunt: cui urbem Romam nec

Paulli & ſuoꝝ inaudita uirtus.

Paullus cū ſuis accepta cū Totylla paciſcunt.

ccc. Ro. ſal9 data

delere quidem animo inerat:nec penitus deſtituere:ſed ea de cauſa quã
explicaturus mox ſum potius duxit:ut per gotthos Romanoſq ipſos
incoleretur & Senatorios uiros. Miſerat is pauloante francorũ ad prĩ
cipẽ deprecatũ:ſibi ut filiam in matrimonium daret:cuius ille repudia
tis petitionibus:Italię cuȝ nec eſſe Imparorem in preſentia dixit:nec im
poſterũ fore:ut qui urbe capta:nec eius quidem ſeruare poſſeſſionẽ po
tuerit:ſed per ſe in partẽ delatam:hoſtibus iterato habẽda permiſerit.
Quo reſponſo Totyllas ipſe pmotus:tunc ſtatim & ſedulo cõmeatus in
urbẽ Importari:farcirique omnia imperauit:quæ uel igne abſumpta fu
iſſent:uel per ſe demolita Romanoſq & patritios uiros & cæteros oẽs
quos in campaniã antea emiſiſſet:in patriã reuocandos curauit:in ur-
be deide eqſtri certamine cõſtituto:luſtrauit exercitũ:ut i Siciliã cõſe
ſtim ducturus:haud ſecus & naues numero quadringentas naualem p
inde in pugnam mox comparat:ratiumq aliaȝ uim maximaȝ quas ex
oriente p Imperatorem in Italiam miſſas:cum uiris oneribuſq p omne
id belli tempus exceperat. Stephanum deinde Romanũ uirum ad Im-
peratorem delegat precatum:ut bellũ id ſolueret:& ſibi ex fędere iũge-
ret:gotthos habereq ſocios:cũ in alios eſſet hoſtes eundum:Sed Impe-
rator neq in cõſpectum quidem ſibi ut Totyllę legatus ueniret permi
ſit:nec eius mandata admodũ magnifecit:quæ omnia cũ Totyllę fuiſſẽt
per legatum renunciata:reintegrare bellũ parabat:idq ſibi incõmodũ
ceſſurũ rebatur:ſi Centũcellis antea pertentatis:in Siciliam ſe deniq
cõferret:Centumcellas uero Diogenes aſſeruabat Beliſſarii armiger &
magnas habebat apud ſe copias. Gotthorum uero exercitus ubi ad hãc
urbẽ puenit Romanorũ ſtationẽ qua proxime poſitis caſtris in obſidio
nẽ cõſedit:Totyllas inde miſſis ad Diogenẽ oratoribus:primo ſi ſe de-
dere & oppidũ uellet temptauit:mox ubi fruſtra id factum uidit:mili
tes ipſos ad ꝓliũ puocauit ſi forte armis decernere mallẽt:rẽ ut ſtatim
aggrederent:& alioqn ſedulo hos demũ admonuit:nil his ſpei reliquũ
fore:nec alias unq̃ ab Imperatore affuturas ſibi ſuppetias uires:huncq
identidem dicere haud quaquam bellum decætero cum gotthis geſtu-
rum:ut qui captam urbẽ iamdiu fuiſſe aduertat:nec ullam recupandi
eã ſpẽ habeat:itaq optionẽ his obtulit:ut pro arbitrio hanc & ſtatim
deligerent:aut enim paribus ſe cum gotthis conditionibus iũgerẽt:aut
inde quo uellent abirent incolumes:uel Byzantiũ ſe ſtatim reciperent.

Totyllas francorum filiam petiit in uxorem.

Reſponſuȝ francorum Regis.

Totyllas Romã Inſtaurat.

Claſſis Totyllæ cccc. nauiũ.

Stephanus Ro. Totylle legatus ad Iuſtianum

Totylle legatus non auditus.

Centumcelle.

Diogenes.

Centũcellas obſidet Totyllas.

Tum uero Diogenes eiuſq; milites: nō ſuę uoluntatis eſſe reſpondēt pu
gna decernere: uel gotthorū ſe exercitibus inter miſcere: ut qui ſine libe-
ris uxoribuſq; obſidū loco datis uiuere nequeant: oppidum de inda q̄d
eorum in fidem cuſtodiendum acceperint: dedere ſe ſine decenti aliqua

Preſidiū Centū-cellarum paciſcitur cū Totylla.

ratione non poſſe: ſi ſibi liceret ad Imperatorē nuntios mittere: eius ſor
te permiſſu id dedituros: rē itaq; in tēpus aliquod extraheret precabā
tur: dum Iuſtiniano utcūq; ſignificarēt: quo ſtatu res in preſentia eſſent
quod ſi intra ꝯſtitutū his per ſe diē nullū ſibi ex Byzantio auxiliū ue-
nerit: abituros ſe ſtatim tradituroſq; urbem: Hæ demum conditiones
cum Totylle placuiſſent de die inter ſe conuenitur: qua ea quę dixerāt
pagerentur: uiri deinde triginta utrinq; in obſides dati. Gotthiq; obſi-

Totyllas in Siciliam proficiſcit

dione ſoluta in Sicilia receſſerunt: qui ubi Rhegiū puenerę: haud quaq̄
prius inter mediū fretum traiiciunt: q̄ Rhegii ꝓſidiū pertemptaſſent: ꝑ
erat tum eius loci cuſtodię Philimuth Huneriuſq; per Beliſſarium pre
ſides cōſtituti: q cū multos & fortiſſimos apud ſe milites tum forte habe
rent: a mœnibus non ſolum hoſtes erūpendo propellunt: ſed uel pugnā
cū his cōſerentes uictoriā retulere: Verū cū numero eſſent longe infe-

Regium obſidet Totyllas.

riores: intra muros quieti de cętero ſe continebant. Totyllas uero exer
citus ibi parte in obſidionē relicta: potiturum ſe fame ꝓſidio & Roma-
nos ſimul opiendo uicturū ratus. Tarantū cętero exercitu miſſo: ſine
ullo negotio ꝓſidiū capit. Gotthi interea quos ipſe in agro piceno reli-

Ariminū a gotthis proditione capitur.

querat. Ariminum proditione ceperunt: quod ubi primum Impator
accepit: Germanū ex ſorore nepotem bello aduerſus Totyllā gotthoſq;
prefecit: cuius in Italiā ubi demū aduentus per lata eſt fama: gotthi im-

Germanus ab Imp. Italie prefectus.

primis curis ingentibus affici Germanumq; nimis reformidare: ut cu-
ius nomē apud omnes celeberrimum eſſet: eoq; & Romani ſperare quā
optime: cęteriq; Impatoris in Italia milites ferre omnia tolerātius ma-

Liberius Italie prefectus.

la. Imperator tamen neſcio quo pacto cū facti eum pęnituiſſet: Liberiū
Romanū cuius iam ſupra meminimus ad id bellū gerendū Germani lo
co decernit: qui etiā cum ad iter ſe prepararet: & cū exercitu nauigatu-
rum ſtatim ſe crederet: Imperatoris ſecūdo iam penitentis iuſſu inter-

Verus.

pellat. Dum hæc interea agerentur Verus nomine quidam & ſane bel-
licoſiſſimus non magna ſuoꝝ manu prelium cū gotthis a Rauenna non

Sclaueni in Traciam irrumpit.

procul conſeruit: unde militum non parua facta iactura: & ipſe ſimul
moribundus occubuit. Sub id tēpeſtatis & Sclauenorū exercitus non

ultra tria milia hominum hyſtrum nemine obſiſtente traiecit: eoq; non
difficulter traiecto: diuerſi ab inuicem abiere: quorũ pars altera mille
& quingentos uiros habebat: totidem uero & altera: his cum utriſq; bar
baroꝝ cohortibus: ſeorſum tamen Romani exercitus duces: in Illyria Cedes ducũ Ro.
partim: partim in Thracia congreſſi uincuntur: hiſq; cadentibus & in
genti accepta ſuorum clade: qui prelio forte integri ſuperfuere fuga in-
tutum ſe receperunt: Romanis itaq; ducibus per barbaros interfectis
numero impares cum altera barbarorum cohorte & Aſbadus impera
toris antehac armiger: equitum deinde turmę prefectus congreditur:
Iſq; ſuis fugatis cęſiſq; uiuus cum in hoſtiũ poteſtatẽ ueniſſet: demptis Sclauenorũ ſeui
primo/a/tergo loris: & p Sclauenos in ignẽ cõiectus crematur: his ita p tia in Aſbalo p̃
actis: omnia Illyriorum barbari thracumq; loca depopulati: pleraq; fecto Ro.
obſidione preſidia capiunt: non menibus primo ut aſſolet oppugnatis:
non ullos in campos attemptato deſcenſu: ut qui nec Romanorum ter-
ras excurrere niterẽt: nec alias unq̃ hyſtrũ ptrãſiſſe auſi ſint: niſi ſemel &
ſuperiore quondam quo diximus tempore Barbari igitur Aſbado de-
uicto cęſoq; ad mare uſq; cuncta depopulantes: urbem maritimam mę
nibus expugnatis cęperunt: tam & ſi ea preualidum intra ſe haberet p̃-
ſidiũ & mari adiacentium urbiũ Metropolis eſſet: quę/a/Byzãtio abeſt
dierum duodecim iter: arte tamen hac eam urbem cępere: barbaroruꝫ Sclaueni q̃ aſtu
pars maxima circa muros & locis difficillimis ſe forte abdiderãt pauci munita urbe po
quidam cum ad portas ueniſſent in orientem uerſas: qui in propugna- tiantur.
culis erat Romanos acrius infeſtabant. Milites itaq; qui preſidio ſta-
bant: non maiori numero barbaros eſſe rati: q̃ quo uiderentur ſe inuaſiſ
ſe: deſumptis mox armis & eruptione facta ex urbe in hos impetum fa-
ciunt: Tum uero barbari retro mox cedere: ac pedem referre: in ſe irruẽ
tibus fugę ſpeciem ac formidinem preferentes: Romani uero ſtudio hos
inſectandi euecti: q̃ procul/a/muris receſſerant. Tunc barbari ex inſi-
diis confeſtim exiſtũt: & inſectantibus poſt terga Romanis comparue-
re: hiſq; ad urbem reditum intercludunt: qui uero fugere uidebantur
ex inſperato cum ſe in hoſtem uertiſſent: dubiis Romanis mox redditis
intercluſiſq;: & ad unum deniq; omnibus interfectis muros aggrediun
tur. Sed urbis incolę militũ uiribus deſtituti: ut prorſus cõſilii inopes
hoſtes ſe inuadentes hac arte opugnant: Oleum pice multa immixtum Oleũ pice imix-
& feruefactum in ſubeuntes ſupne infundunt: ſaxorũq; in hos moles tã tum.

crebro prouoluunt:ut non procul abeſſet quin periculum propulſarēt Sed barbari oppidanos aſſiduis telorum immiſſionibus cum a propugnaculis diſcedere ſumma ui coegiſſent ad motis mœnibus ſcalis:urbē primo impetu capiūt:& ad hominū quindecim milia interficiunt. rebuſq; uniuerſis direptis:pueros ac fœminas in ſeruitutem abducunt:ita & ſi cum agrum romanum inuadere tum primum cepiſſent:nulli etati pepercerint:ut qui eos in quos incidiſſent ſine ullo delectu necarent: atq; adeo ut illyriorum thracumq; terra in ſepultis cadaueribus repleretur:quos uero obuios habuiſſent:non enſe non telo occidere uel armorum genere aliquo conſueto:ſed acutiſſimos in terram palos figentes ſūma ui miſeros ſuper imponere:ſummumq; pali & id preacutum per inferiorem pudendamq; partem trudendo & per uiſcera adigendo interiora excruciare. Conſtat his ſane aliud tormenti genus excogitatum: nam & ad ſudes quaternas & craſſiores altius interram defixas: pedes manuſq; captiuorum deligant:fuſte deinde caput diuerberantes: uelu ti incanes ſer pentes ue:& eiuſmodi cætera deſæuiendo morte conficiunt. Alios uero cum bobus pecudibuſq; & id cæteris genus quos abigere domum non ſatis commode præ ſenio poſſent:locis arctioribus coercendo igne inclementius cremant:hunc igitur in modum ſclaueni quoſcunq; offenderant interfectis:cohorti inter ſe demum:ac nimio profuſo iā ſanguine temulenti captiuorum numero infinito:predaq; ingenti abactis ad priſtinos lares ſe receperunt. Gotthi interea Regii adorti preſidium id expugnare pertemptant. Sed qui intus obſidebantur fortiſſime repugnantes:hos procul ab ſe perpulere Totyllas uero cū neceſſaria cognouiſſet obſeſſis de eſſe dimiſſa ibi ad cuſtodiam exercitꝰ parte:nē aliquid hoſtes inferrent:ſed commeatus inopia ſe dederent gotthis ipſeq; ceteris traiectis in Siciliam copiis:Meſſane ad ortus eſt mœnia:cui mox Dometiolus qui ei urbi & Romanis militibus preerat:extra muros occurrens certamine cum gotthis inito bello non inferior fuit:intra urbē deinde cū ſe recepiſſet:eius intētus cuſtodię quieſcebat. Gotthi uero nemine ſibi deinceps obuiam prodeunte :Siciliam fere omnem depopulātur. Sed Romani in Rhegio circūſeſſi cum ſibi neceſſaria pęnitꝰ defuiſſent:ſe ſimul & oppidum hoſtibus tradidere:Quę omnia ubi Imperator accepit contracta mox nauium claſſe:& exercitu expeditum cohortibus non parui momenti parato nauibuſq; ſtatim impoſito:Liberium

XV. milia ceſa.
Palis hoīes inſidēt quo nūc ſupplicio Turce utūtur.
Tormenti genꝰ ſæuiſſimum.
Sclaueni ī pr̄ia reuertuntur.
Totyllas in Siciliam
Meſſanam obſident Gotthi
Dementiolus.
Rhegiū gotthis deditur.

uniuerſis pfecit & q̄ celerrime iuſſit ut in Siciliā nauigaret: eamq; eni-
xe ſeruaret piclitantē: Liberiū tamen claſſi ſe prefeciſſe pœnituit: ut eſ-
ſectę ætatis iam uirum reiq; bellicæ imperitum. unde Artabanem de- Artabanes liberatur & in Siciliam mittitur.
licti inſe uenia data: thraciæ cohortibus ducem pfecit: & paruis cum co
piis in Siciliam confeſtim tranſmiſit: iuſſitq; ut Liberii quem ad ſe re-
uocarat claſſem reciperet: Summe tamen totius aduerſus gotthos & To
tyllam belli: Germanū ex ſorore nepotē prepoſuit: cui non magnum ex
ercitu m tradidit: ſed ingēti pecunia data: ex thracibus Illyriiſq; q̄ ma-
ximas ut cogeret copias impauit: coactaſq; in Italiam celerius duceret:
Sed magno Germanus ſtudio tenebatur: gotthis quandoq; tandem de-
uictis: ingentē ex ea re ſibi laudem comparare: ut quemadmodum li-
biam Romano Imperio conſeruaſſet: ita & Italiam uendicaret. Stoza-
năq; in lybia tyrānidē exercente: & eius puinciç Impio occupato: Ger
manus ſtatim p Impatorem eo tranſmiſſus: ſupatis mirifice bello ſedi- Germani opa lybiaq; recuperat Mathaſuntha.
tioſis nōnullis & tyrāno deleto: tyrānideq; prorſus extincta Romano
lybiā recupauit Impio: unde uel Italiam inpoteſtatē recipiēdi magna
illi ſpes erat: quandoquidē & Mathaſuntham Amalaſſunthæ filiā The
odericiq; neptē nup in uxorē traduxerat. Vittige mortuo: cui prius il
la denupſerat: & gotthos Mathaſunthę uxoris uerecundia ductos: quā
ſecū inexpeditionē ducere cōſtituerat: aduerſum ſe arma ſumere non au
ſuros fidebat: reperita pſertim Theoderici memoria & ſimul Alarici in
ſe alias impantium. Germanus itaq; ingentē pecuniam: partim Impato
ris partim ſuā & hanc non minorē effuſius prodigendo: ex bellicoſiſſi-
mis uiris q̄ maximo cōtracto exercitu breui inmodicas conſecutus eſt
uires: nam Romani egregii bello uiri pfectis aliis faſtiditis quorū ipſi
haſtati pelcatiq; milites extitiſſent: Germanum promptius ſequi: & ex
byzantio itē ac thracie locis Illyriciſq; pmulti: Germaniq; ipſius & li- Apparatus belli per Germanū
beri in hanc ſecum expeditionē miro ſtudio ferri: ex nōnullis pterea eq
rum turmis: qui in thracia collocati iam antea fuerant: Impatoris per-
miſſu delectus habitus eſt: barbarorum inſuper multi ad hyſtrum flu
men tunc ſtationem habētium: tanti uiri fama ac gloria ducti: non me
diocri accepta pecunia Romano ſe exercitui adiunxere: haud ſecus & ex
barbaris alii undequaq; terrarum contracti: ad hunc cōfluebant: Lon
gobardorūq; dux ipſe armatos mille quos paratos habebat produxit:
his itaq; & longe maioribus in Italia apparatibus nuntiatis qualia ſo-

let fama progrediendo humanis in rebus efficere: Gotthi ſtatim formi dine capi: & in ancipiti eſſe: utrum aduerſus Theoderici genus bellige randum ſibi iam eſſet: an minime. Milites uero Romani qui cũ gotthis inuiti forte tunc militabant: ad Germanũ qui nuntiaret miſerunt: ubi ſe primum in Italiam aduentaſſe cognouerint: & in caſtris eius exerci tum reſediſſe: nulla interpoſita mora ad eum ſe conuenturos. Imperato ris preterea exercitus milites qui Rauenne fuerant: & aliis in Italiæ lo cis relicti: ut ſpe optima confirmati: Iuſtiniano per ſe loca omnia diligẽ ter ſeruanda duxere: Quin etiam & cæteri omnes: qui ubi cum hoſtibꝰ manus conſeruiſſent deuicti prelio eſſent: & ex fuga ut licuit diuerſim dilapſi ſuperfuere: Poſtq̃ germanũ iter in Italiam facere acceperunt ag mine uno in hyſtriam ſe conferentes: ibiq́ꝫ Romanũ exercitum preſto lando: quieti manebant. Ad hæc & Diogenes iam enim conſtitutus pac

Centumcellæ ut pactum erat nõ deduntur.

tuſq́ꝫ aderat dies tum ad ſe Totyllas Centũcellas ex conuẽto ut dederet nunciatum miſiſſet: reſpondit haud quaq̃ in ſua tunc eſſe oppidũ pote ſtate: & audiſſe Germanũ ſe interim ad id bellum adminiſtrandum Im peratorem creatum: & cum exercitu non procul inde abeſſe. Verũtamẽ ſuos ſibi ſi reddere obſides nolit: ſe derepẽte quos ab ſe accepiſſet interfe cturum: nuncio itaq́ꝫ cum his mandatis dimiſſo: ad tuendum oppidum ſuę fidei traditum: diligentius ſe comparabat: Germanum operiens cũ exercitu propediem affuturum. Dum hæc agerentur exacta iam hye

Annus belli. xv

me: quintus ac decimus annus huius belli finiebatur: quod ſcriptis pro copius demandauit. Germanus interea dum Sardis & in Illyria exer tum cogit diſponitq́ꝫ ac fortiſſime cuncta ad futuri belli apparatum cõ

Sclauenorꝫ inru ptio magna. Narſus.

ſtituit. Sclauenorum uis ingens & quanta non alias unq̃ hyſtro flumi ne pertranſito. ad Narſum uenit: quorum per paucos quoſdam ab eorũ exercitu ſeiunctos errãteſq́ꝫ & ea circumuagatos iam loca: Romani non nulli captos coercent: queſtioneq́ꝫ habita petunt: quanã de cauſa Scla uenorum exercitus quidue facturus hyſtrum tranſierit: Tum illi ſedu

Theſſalonica.

lo affirmare Theſalonicam urbem circũiectaq́ꝫ huic loca ad occupan dum hos aduentaſſe. Quæ uti q́ꝫ ubi Imperator accepit periculi magni tudine magnope territus: ad Germanum litteras ſcripſit In Italiam ut iter differret: Theſalonicamq́ꝫ ueniret ut illi: ita & aliis eius regionis urbibus opitulatum ſclauenorum quanta ui poſſet inſultꝰ propelleret Vnde Germanus poſt habitis cęteris: eodem quo erat loco permanſit.

Sclaueni deinde excaptiuis facti iam certiores:ſardis Germanum eſſe i
genti formidine percelluntur:iam.n.Germanus iccirco erat apud bar
baros celeber:quia cum primũ Iuſtinus eius auunculus Imperio poti-
retur.Antarũ gentes quæ Sclauenis finitimæ ſunt:flumine hyſtro tra-
iecto magnis copiis agrũ Romanum cum iaꝫ inuaſiſſent:German⁹ idẽ
qui pauloante prefectus thracie fuerat:inito cum barbaris pręlio:& eo
rum exercitu debellato:ad internitionẽ hos tandẽ deleuit:qua ex re taꝫ
proſpere geſta magnã ſibi hic famę & nominis peperit apud oẽs morta
les celebritatem:& apud barbaros iſtos precipuæ laudis plurimũ & au
ctoritatis eſt cõſecutus.Sclaueni igitur Germani ut diximus formidi-
ne perciti:cũ ingẽtes hũc copias ducturũ exiſtimarẽt:ut qui per Impa
torẽ aduerſus Totyllaꝫ gotthoſq; in Italiam mitteretur : ab eo itinere
quod recta Theſalonicam ducit:alio confeſtim diuertũt nil auſi pror-
ſus in Cãpum deſcendere:ſed Illyricis montibus ſuperatis in dalmaciaꝫ
peruenere:eorum itaq; cura Germanus deniq; liberat⁹:uniuerſo mox
exercitu imperat:ad iter ſe prepararet in Italiam poſt biduum eundũ:
ipſe interim neſcio qua ſiniſtra fortuna morbo nec longe poſt capitur:
& uitam cum morte repentius commutauit:momẽtoq; temporis Ger-
manus ex humanis exceſſit:uir ſane ut ſtrenuus:ita & bello Imperator
egregius.Iuſtinianus interea ex tanti uiri iactura ut decuit dolore in-
genti affectus Ioãnem iuſſit una cũ Germani liberis:exercitui in Italiã
eunti preeſſe:Hi uero in dalmaciam ſtatim hibernaturi proficiſcuntur
cum factu impoſſibile iudicarent:ut ea ſinum circũeundo in Italiam p
uenerent:fretũ nanq; traiicere cũ mille his eſſent in preſentia naues nil
poterant.Liberius interea nondum certior factus Imparatorem pęnituiſ
ſe:quod ſe in Siciliã miſerat.Syracuſas applicuit:ab hoſtibus tunc for-
te obſeſſas:impetuq; in barbaros facto in portum deſcendit:cuꝫ uniuer
ſaq; claſſe muros ſubiuit:Artabanes deinde non longe poſt cum Ceſalo-
niam ueniſſet:ubi Liberium intellexit ac ſuos inde ſoluiſſe & Syracuſas
aduectos:hos ſubſecutus adriatico mari prouehitur.Sed ubi demũ Ca
labriam appropinquauit:de improuiſo tempeſtate cohorta & ingenti-
bus ex aduerſo uiolentiſſimis uentis ſic ab inuicem eius diſperſæ ſunt na
ues:ut in Calabriæ littus plereq; delete:in hoſtium uenerint poteſtatẽ:
nõnullæ uero ui nimia uentorũ impulſę:& incredibilem in moduꝫ pro
cellis coactæ:retro curſum tenentes Peloponeſum unde profecte erant

Antari.

Antaria Germa no deleti.

Sclaueni in Dal maciam.

Germanus moritur.

Liberius Syra cuſis.

Artabanes Ceſa lonie.

Claſſis Artaba ni diſſipata.

redirent:reliquæ omnes uel ſolutis compagibus piere:uel integræ quo
cunqȝ tum licuit euaſerunt:Nauis tamen qua prefectus claſſis Artaba
nes uehebatur:malo ex tempeſtate diffracto in id diſcriminis uenit: &

Meletum.

fluctibus ſic ferebatur:ut Meletum deniqȝ ſit applicando ſeruata:quo
factum ut incolumis Artabanes exinſperato euaſerit:Liberius interim
cum neqȝ inhoſtes prodiret:nec pares his eſſet ad decertandum uires
ſat nactus:nec cōmeatus haberet:ſuis diutius ut multitudine habundā
tibus ſuffecturos:e Syracuſis cum his quos ductabat profectus: & ho-

Liberius Panormi.

ſtem fruſtratus Panormū ſe contulit. Totyllas uero gotthiqȝ omnibus
fere Siciliæ locis depopulatis:equorum pecorumqȝ aliorum: numero
ingēti abacto:frumētoqȝ & cuiuſuis generis frugibus ex inſula ipſa trā
ſuectis:& maioris pretii rebus in naues impoſitis:inſulaqȝ mox deſtitu
ta celeri Italiā nauigatione Supino quodā percauto uiro ad id hortāte

Gotthi relicta Sicilia cū ingēti preda Italiā repetunt.

mox repetunt. Ioānes uero dum hæc agerentur:& Imperatoris exerci-
tus in dalmaciā puenissent:Salonis hibernare conſtituit:ut inde exac-
ta iam hyeme:recta Rauēnam contenderet. Sclaueni uero q Imperato
ris antehac terras inuaſerāt:& gentis eius alii ſubſecuti:hyſtro tranſmiſ
ſo cum ſuis ſtatim ſe iugunt qui eā regionem pauloante & licētius incur
ſarant:nōnullis exiſtimantibus Totyllā ipſum:barbaros hos pecunia
nō pua corruptos atqȝ adeo pſuaſos iccirco in eā Romanoꝝ puinciā im
miſiſſe:ut Impatori aduerſus gotthos nulla decętero foret ex ęquo bel-
lum adminiſtrandi facultas:cum inexpugnādis barbaris uires intende
ret ſuas:Siue igitur ut Totylle gratificaturi:ſiue deſe nec uocati quidē
Sclaueni ſe eo contulerint:nil habeo quod pro certo affirmare ſat queā:

Sclaueni Europam uaſtant.

cū in tres itaqȝ partes Sclaueni partiti copias eſſent: diuerſim uagati.
Eurobam malis inſanabilibus affecere:quippe qui non ex incurſione ut

Exercitus Imperatoris in Sclauenos

aſſolent agros popularētur:in pdamqȝ omnia agerēt:Sed perinde do-
mi hyberna habētes:hoſtile nil prorſus reformidarent. Sed in hos de-
mum egregium Impator exercitum miſit:cui inter cæteros Conſtantia

Conſtantianus. Aratius. Narazares. Iuſtinus. Ioannes. Scolaſticus.

nus Aratius Narazareſqȝ preerant duces Iuſtinus item Ioāneſqȝ pfec-
ti quibus omnibus Scolaſticum quendam prefecit:& hunc Eunuchum:
Is igitur Romanus exercitus ſic comparatus barbarorum partem cir-
ca Adrianopolim ſtatim adeptus eſt:quę ciuitas in thraciæ mediterra
neis ſita:quinqȝ a Byzantio abeſt dierum uia. Sed progredi barbari nō
uſpiam poterant:ut qui hominum pecudumqȝ & ingentis pretii rerum

Hadrianopolis

abacturi ſimul & p̄das eſſent: unde eodē in loco manentes: p̄lliū cum
Romanis inire ſic nitebantur: ut eorū ab his haud quaq̄ preſentiretur
incurſus. Sclaueni itaqꝫ incole caſtra qui ea prominet regione locarunt
Romani in campo: & non procul ab hoſtibus conſederunt: dum itaqꝫ ſu
is utriqꝫ ſe continēt ſtationibus: in eaqꝫ mora plurimum conteritur tē-
poris: Romani milites ut tedio ſimul & indignatione affecti: rem eger-
rime ferre: p̄fectoſqꝫ acrius inculare: quod cū ipſi cōmeatibus abunda-
rēt: ut Romani exercitus principes nullā haberēt militū rationē: qui re
rū neceſſariarū inopiā p̄mererent. Quare uelle ſe omnino predicere: atqꝫ
id ſedulo affirmare: eorum iniuſſu cum hoſte manus conſerere: unde
ſuorum pertinacia militum: duces pugnam cum barbaris conſerunt: fit
itaqꝫ fortiter prelium: uincuntur demum & fugantur Romani: ex hiſqꝫ
p̄liando q̄ multi & fortiſſimi quiqꝫ occumbunt: Nec duces ipſi admodū — Romani a Sclaueniſ uincuntur
abſuere quin in hoſtiū poteſtatē uenirent: cum reliquis tamen ſuſi fuga
tiqꝫ utcūqꝫ tunc licuit: in tutū ſe receperunt. Barbari igitur Conſtātiani ſi
gno potiti certatim procedūt: & aſty cū agrum ad id tēpus intactum: li
bere & pro arbitrio populant: ingenſqꝫ in eo p̄da inuēta: omnibus itaqꝫ
Romanorꝫ rebus direptis: ad longos muros perueniunt: qui diei iter uł
paulo pluſculū a byzantio abſunt: non longe poſt tamē Romanorum ex
ercitus ubi ſe ex fuga recepit: in unum contractus barbaros inſecutus:
& de improuiſo iſtorum exercitus partē adeptus: impetu facto in fugaꝫ — Sclaueni uicuntur a Ro.
auertit: fuditqꝫ: non parua his clade illata: Romanorumqꝫ quos hi an-
tea ceperant ui magna recuperata: Cōſtantiani ammiſſum inuētumqꝫ
ſignum recipiunt. Qui uero e barbaris ex ea cede ſupfuere: cum reliqs — Sclaueni trans Iſtrū ſe recipiūt.
ſuæ gentis hominibus domum ſe protinus receperunt. Sed iam ad ea q̄
intermiſſa ſunt redeamus. Beliſſarium itaqꝫ cum ad ſe Impator ut dixi
mus reuocaſſet: maximo in honore habebat: haud dum tamen id curæ
ſuſceperat ut cum Germano ſuo iam fato defuncto: in Italiam rurſum
tranſmitteret: ſed orientis prefectum hunc fecit ſuiqꝫ corporis cuſto-
dum principem conſtitutum apud ſe detinebat. Erat itaqꝫ Beliſſarius — Beliſſarius qualis in Regia.
Romanis cæteris dignitate preſtantior: qui uel patricii fuerint: uel an
tehac conſulares. Vnde & cæteri honorum huic & decorum primatum
concedere: ſuumqꝫ ius uirtutis ob uerecundiam uel ſibi ex lege datum
permittere. Ioannes interea eiuſqꝫ milites dum Salonis hybernant:
& hos in Italia Romani exercitus duces ad ſe uenturos operiuntur:

Belli Annus xvi ocioſi omnes & imbelles manebant: Iamq; hyemis aderat finis: ſextuſq;
& decimus belli huius annus exibat: quod ſcriptis procopius tradidit.
Inſequenti autem anno & primo ineunte iam uere: Ioannes ex Salonis
mouere animo agitabat: & aduerſus Totyllam gotthoſq; ductare: Sed
eius profectio per Imperatorem interpellatur: iubentem eodem mane
re: & Narſetis eunuchi aduentum ad ſe preſtolari: hunc namq; ei bello
Narſes Italie p̃ prefícere iam animo deſtinarat: Narſes igitur nõ paruo exercitu & ma
ficitur. gna pecunia ab Imperatore acceptis: iter aggreditur: ubi uero cũ ſuis
militibus mediam in thraciam uenit: philippis macedonię ciuitate ab
Philippi. incepto itinere interclusus: aliquandiu ſe tenuit: Hunnorum namq; ex
ercitus cum Romanum ea /e/ regione euaſiſſet imperium nemine obſi-
ſtente agere omnia & peruaſtare: Sed cum hi partim Theſalonicã ſe cõ
Hunni in Euro tuliſſent: & partim Byzantinm irent: e philippis uix tandem egreſſus
pã inrũpunt. ceptum iter proſequit̃: unde hac inter media mora dum Ioannes Nar-
ſetem Salonis interea operitur: & Narſes hunnorum inſultu inter-
pellatus iter tardius faceret. Totyllas Narſetis expectando exercitum
res ita Romę diſponit: Curam urbis tuendæ patritiis nonnullis Ro-
manis gotthiſq; tradit: Cęteros quos forte habebat ſuſpectiores in Cã-
Roma quomo- paniam miſit: prę ſe procul dubio ferens: eorum ſe deniq; pęnitere quę
do per Totilam ad urbis deſolationem molitus antehac eſſet: Tranſtiberim preterea ex
gubernatur. Romanis pleroſq; perinde ſeruitia ad habitandum expoſuit: ademptis
his primum publicis ac priuatis pecuniis: Sed Romanos equidem prę
cęteris reor mortalibus: ſuę patrię ſtudioſiſſimos eſſe: patrioſq; ritus
ornare & tueri magope poſſe nequid omnino ex uetuſto decore ac pri-
Romani ueteris ſtino illo depereat. Totyllas itaq; rebus ita diſpoſitis: longas naues got
ritus ſtudioſi. this militibus complet: ireq; in gręciam iubet: quoſcunq; offenderent
Res a claſſe Got enixe predatum: Sed ea claſſis non prius eſt mali quippiam paſſa:
thorũ in Grecia q̃ Pheacum ad terram: quę corcyra nunc dicitur peruenisset: hanc nã
geſte. q; gotthi non ſolam primo ipſo appulſu diripiunt: ſed inſulas huic
Pheaces. circumiectas deuaſtant: incontinentem deinde pertranſeuntes omnia
Corcyra. circa dodonem urbem loca: & Nicopolim precipue Anchialumq;
Dodon. populantur: ubi incolæ ferunt: ſi credere dignum: Anchiſem
Nicopolis. Eneę patrem: capto iam bello cum illuc deniq; cum filio appuliſ
Anchialum. ſet: exceſſiſſe /e/ uita: nomenq; loco dediſſe: maritimam deinde
Anchiſe mors. oram omnem ea /e/ regione adnauigantes: Romanorum non in par

uam uim nauium cum incidiſſent cum ipſis oneribus ad unam omnes
mox capiunt: inquibus & rates fuiſſe ſat cõſtat quę ipſa ex grȩcia ad Ro
manũ & Narſetis exercitũ neceſſaria ferrẽt: Totyllas interim inagrum
Picenũ iam copias miſerat: quibus & uiros pfecerat rei bellicæ gnaros
Anconam ut oppidũ capent: his ipſis & naues ſeptem & quadraginta at
tribuit: ut Anconæ præſidiũ terra mariq; enixius obſidẽdo facilius: &
minori negotio in poteſtatem redigerent. Sed in ea obſidione cum tem
poris plurimũ contritum fuiſſet: contigit forte ut qui intus obſidebant
commeatus inopia pmerentur: quod utiq; ubi Balerianus qui Rauẽnę
tunc erat perdidicit: cum de ſe minime poſſet Romanis Anconæ obſeſſis
ſubſidium ferre. Ioãni qui Salonis erat In hanc ſentẽtiam litteras ſcri
pſit. Solum nobis Anconę oppidũ ut tu te noſti intra hũc ſinũ reliquũ
eſt: ſi modo ad id tempus relinquitur. Sic enim cũ Romanis ibi pſidia
riis & p gotthos obſeſſis nunc agitur: ut admodum uerear niſi in pſenti
his auxilio ſimus: ne omnino præpoſteri uideamur noſtris reb9 ſtudiũ
impendiſſe. His litteris Ioãnes perlectis & ſi inde abſcedere Imperato
ris iuſſu prohiberetur: ultro tamen urgente diſcrimine preponendam
fortunę neceſſitatẽ Iuſtiniani Imperio ratus: delectis egregiis bello ui
ris: hiſq; in octo & triginta naues impoſitis ad nauigotionẽ pceleres: &
optime ad bellũ nauale inſtructas: ac quouis genere commeatus affa
tim inuecto (e) Salonis e ueſtigio ſoluens Romanam ad claſſem ſuam ap
plicuit: ad quã cum nauibs duodecim & Balerianus non longe poſt ue
nit: ubi uero hi duces ſe inuicẽ cõiunxere: cõmunicatis deniq; rebus quæ
factu potiores ſunt uiſæ: inde profecti in alteram continẽtis partẽ una
omnes delati: eũ in locũ deſcẽdunt quẽ Dyſim in gallias Romani dicũt
ab Ancona non procul ſitum: quorum aduentum ubi gotthorum prin
cipes accepere: Naues confeſtim longas ſeptem & quadraginta quæ pre
ſto his erant delecto milite complent: & reliquis copiis ad preſidii ob
ſidionem relictis: recta in hoſtes ducunt: ubi uero in conſpectum uene
runt: utriq; naues (a) curſu parumper continuere: hiſq; demum in unũ
contractis & paucis monendi milites gratia uſi Ioannes imprimis
ad ſuos orationem huiuſmodi habuit. Nemo u(rum) (o) milites p Ancona
dũtaxat: proq; in ea Romanoꝝ pſidio obſeſſoꝝ ſeruãdo: pſens certamẽ
id fore exiſtimet: nec eotenus decernẽdũ nobis pugna hac eſſe: ſed ſum
matim ut dicam belli caput ibi conſiſtere: ubi & prelium id declinarit.

Ancona gotthis obſidetur.

Lrę Valeriani ad Ioãnẽ pro Ancona.

Transfretatio Exercitus Imperatoris in Italiam.

Dyſis.

Ioãnes ad ſuos.

& eum finem ut ſortiatur: neceſſarium fore: quẽ fortuna ipſa obtulerit:
ſed in preſenti ea uos ſubeat cogitatio uel immaximum in bello momen
tum: belliq; apparatu cõmeatus copiam eſſe: nã qui neceſſariis ad uitã
indigẽt: rebus ut ab hoſte uincant̃ neceſſariũ eſt non. n. fames ipſa ſat no
uit cũ uirtute cohabitare cum eſurire & ſtrenue facere humana natura
nil ferat: hec cũ ita ſe habeant: illud uelim uos minime fugiat: ex hydrũ
te aduſq; Rauẽnam p̃ter id nullum relinqui p̃ſidiũ: inquo nobis eq́ſq;
in eſcam p neceſſaria deponantur: Sic. n. hoſtes terris his potiũtur: ut i
hac maritima ora non aliquis ſit pacatior loc9: unde nobis uel minimos
liceat cõmeatus parare: in Ancona ergo ſpes nr̃a omnis nunc reſidet: ut
ex dalmacia quæ huic exaduerſo eſt ſita: ſoluẽtib9 noſtris applicare huc
liceat: & ſe intutũ recipe. Quocirca ſi hodierna hac die ſtrenue uos in na
uali hac pugna geſſeritis: non ſolũ ſub Romano hãc urbem confirmatu
ri uos eſtis Imperio ſed & de ſumma aduerſus gotthos quod geritur bel
li: ſpes nobis optima ut decætero ſit effeceritis: quod ſi forte quod min9
optem in hoc certamine fallimur: & inferiores ipſi hoc p̃lio fueritis: uel
illud uobis occurrat neceſſe eſt: has hoſtibus paſſim preoccupantibus
terras: & mari inſuper preualentibus: ut nuſpiam ſit Romanis perfu-
gium: Salutis ſpes igitur his eſt indexteris ſita: & ut geſtæ res bello fue
rint ſic eſt procul dubio ſucceſſura: agite ergo quantum uiribus ipſi ua
letis: preſtate uos uiros: & bellum ſtrenue gerite: illud animo agitantes
uictoribus uobis partã ob gloriam perpetuaʒ fore fœlicitatẽ: uictis ue
ro poſtremũ id inuita certamen. Gotthorũ deinde duces ita ſuos horta-
tos ferũt: Et ſi hoſtes hi deteſtãdi ex Italia eiecti antehac fuerint haud

Gotthorũ Ducũ oró ad ſuos.

ſat liquet: cum in reconditis & penitiſſimis antehac & tandiu delitue-
rint locis: ſiue ĩterris ſiue inmari fuerint: unde nũc demum emerſerint
nobiſcum inituri certamen Sed neceſſarium eſt temeritatis & audaciæ
hos ut aliquãdo tandẽ peniteat: nil p̃mittẽtibus nobis eorũ dementiam
in maius excreſcere: quæ utiq; ſi principio non ſtatim reprimitur: in in
ſanabilem audentiam deſinat neceſſe eſt: & inſup ueniẽtiũ nobis reꝝ ca-
lamitate oſtenditur ergo: e: urĩs egregie factis greculos hos hoĩes eẽ &
natura inbelles: uel uictos alias nũc audere: nec quoq̃ pacto uos ſinite
tentationẽ hanc iſtis procedere: nam paruifacta iſtorum ſtatim igna-
uia in maiorem euadet licentiam: quæ paulatim progrediendo ſedula
ſit audacia: nolite ſtrenue pugnãtib9 uobis exiſtimar̃ diu hos obſtituros

qui.n.cum uiribus nõ animum ſuum metitur principio ſtatim pugnæ
atguit:nã ea inita defluere & ſimul flaceſcere cõſueuit:hęc itaq; cũ ita
ſe habeãt meminiſſe uos uelim eos hoſtes hos eẽſq; uĩa uirtute ſepius p-
tẽptata infugã ſe alias dederint:Cõſiderate pterea nil meliores nũc red
ditos cõtra uos aduẽtare ſed ut pteritoꝝ ſimillima audẽtes:ita & nõ ab
ſimilẽ in pñti habituros fortunã:His dictis gotthoꝝ pfecti ſuos horta
ti cũ hoſtib9 occurſãdo ſine mora cõſerũt man9:itaq; fortiter nec ſec9 na
uale utrinq; geri certamẽ cęptũ:ac pedeſtri pugna decertaret:Nã ho-
ſtes in ſe inuicẽ ploras aduerſa fronte cõuerterãt.ſagittaſq; imittẽdo cer
tabat:& q uiribus pualebãt pede collato ut iã coherẽtes inter ſe depu-
gnabãt:e/tranſtras nil ſecius ac parẽti in cãpo acie decernẽtes:gladiis ſe
mutuo ac telis ferire.Sed barbari deinde in Cõpoſiti & ſolutis ordinib9
decertabãt:nã ptim quidẽ ſic naues diſiiũxerãt ut hoſtib9 ad expugnã
dum oportunas:ut eius pugnæ ignari offerrẽt:ptim uero inter ſe adeo
cocuntes cõdenſauerant naues: ut ſibi met eſſent ad pugnam impedimẽ
to nam carũ & malos contemplari quis poterat:cõfertos adeo inter ſe ex
titiſſe:ut uel ſagittas ac tela facile intercipent in hoſtẽ immiſſa : nec ar-
mis uti ipſi iã poſſent:cũ ſibi Romanos inſiſtere puidiſſent:ſed clamore
& impulſione nitendo ſe inuicem temere offendebant: retroq; naues &
nullo ordine compellebãt contis ſummatas ut quaꝝ in anguſtũ proras
agmine uno conferrent:nunc uero diuerſi ab inuicem cum coꝝ iactura
diſcederent:uel in proximos quiſq; ſnos ingenti cũ ululatu impetũ face
ret potius q̃ hortaretur in hoſtẽ:Vndũ ſuęmet demũ impitis ſtudẽt:de
ſe ut hoſtes referrẽt uictoriam effecere:Romani aũt cum uiriliter ea in
pugna ſe gererent:bellumq; nauale ſcite nimium pertractarent: naui-
bus in frontẽ omnibus conſtitutis:& ab inuicem non longe diſtantibus:
nec ultra q̃ neceſſariũ inter ſe coeũtibus:ſed ea moderatione & arte: ut
in unum ſe ſtatim cogere poſſent & rurſum diſiũgere:ſiquã forte hoſtiũ
nauem diuerſam a cæteris conſpicantur : nullo negotio inuadentes
mox ſupprimunt:Vbi uero tumultuari barbaros demum animaduer-
tunt:crebra ſagittarum immiſſione hos eminus necant: Victi itaq; &
deſperatis rebus iam gotthi:nec aduerſanti fortunæ poterant repugna
re:nec ea ſarcire quæ p̃lio deliquiſſent:non enim nauali hoc bello ut pe-
deſtri in pugna tranſtris inſiſtere norant uel inde fortiter depugna-
re:ſed ſuo cum periculo certamine intermiſſo:ita torpuerant : ut bel-

Pugna Naualis pro Ancone.

Gotthica claſſis ſuberatur.

Gotthica claſſis deditur.

li perinde euentu fortunæ ꝑmiſſo ad turpem deditionem/& magna cū
ignomima demum ſe uerterent: nec fugæ decentioris cuiuſpiā nec uiriū
ulla his recordatio fuerit: nec aliud quippiam ſuppeteret ad ſalutē. Sed
inter hoſtiū naues ſuis in diſſipatis: quid facto opus tunc eſſet dubii &
incerti conſtiterāt: eorū tamen nōnulli cum nauibus undecim fugā cę-
perunt: & hoſtes fruſtrati integri euaſere: cæteri omnes Romanorum i
poteſtatem uenerunt: quos eueſtigio partim hi interficiunt: partim cū
nauibus ipſis demergūt: q forte reliqui fuerāt uiuos cępere. Ex gotthis
uero qui cum ratibus undecim/e/pugna profugerant: cū incontinentem
iam deſcendiſſent. his ſtatim incēſis: ne in hoſtiū ditionem uenirent: ad
ea caſtra pedibus ferunt: quę Anconam tunc obſidebāt: & omnibus ex-
plicatis quæ ſibi iam accidiſſent: cum gotthoꝝ exercitu & ipſi mox ab-

Gotthi Anconis obſidionē ſoluūt

eunt: deſertiſqꝫ caſtris: curſim ac ſimul tumultuantes ad Auximum ꝓ-
pinquam his urbē ſe receperūt. Romani interea Anconā prefecti: hoſti
um ſtatim caſtris direptis: illatiſqꝫ in preſidiū cōmeatibus: inde ſolue-
runt. Balerianus Rauēnam Ioānes Salonas redit. Hæc ferme Totyllæ
pugna & gotthis ſimul animos fregit: per id tempeſtatis & Romanorū
res in Sicilia ita ſe habuere: ut explicaturus mox ſum. Iam enim Liberi
us per Imꝑatorem byzantium reuocatus redierat: & Artabanes ut Im-
peratori eſt uiſum Romanis tunc copiis imꝑabat: Is dum gotthos eius i
inſulæ relictos p̄ſidiis: & ſi per paucos obſidet: deuictis tamen qui in pu
gnam exiſſent: & cæteris maximā cōmeatus deductis neceſſitatem in de

Res geſte in Sicilia ꝑ Artabanē.

ditionē demū omnes recepit. Quibus rebus territi gotthi: ob belliqꝫ na
ualis iacturā dolore affecti: p̄liū detrectabant: cū deceętero ſibi nil pro-
ſpere ſucceſſurū ſperarēt: & illud agitarent iā animis: quandoquidē re
cens ab hoſtibꝰ ſuperati fuiſſent ac plane deperditi: ſi quod forte ad bre

Gotthoꝝ cū frā-guntur.

Totylle māda-ta ad Iuſtinianū

ui Romanis ſubſidium aduētaret: ſe nullo his poſſe pacto reſiſtere: neqꝫ
ad tēporis quidem punctū ſperare in Italia ſe ꝑmanſuros: uel ab Impa-
tore impetraturos uenię aut grę quippiam cū ante hac Totyllas ſepe
ad hūc nuntios miſerit ſignificatum maximā francos Italię partē preoc
cupaſſe: quod reliquū terrę mea eſſet: longe lateqꝫ uacare: deſertūqꝫ ab
humano cultu iā eſſe: Sicilia uero atqꝫ Dalmacia quæ ſolæ integræ per
māſiſſent Romanis gotthos ceſſiſſe: fateri p̄terea ſocietatē ſe uelle cū co
inire: ſi modo ſibi id animo ſedeat: illiqꝫ ſe in cæteris ob ſequi cupere: &
Imꝑatorē ſatis conſtaret: ut qui gotthoꝝ eſſet nomen perosus: atqꝫ adeo

e/Romano imperio propulſare hos animo deſtinaſſet:Oratores inaudi
tos ad Totyllã remiſiſſe. Theudibertus interea francoꝝ dux moritur
Theudibẽti Frã corũ ducis mors
& Cotias deinde liguriæ loca nõnulla:& alpes Venetorũq; pleraq; nul
lo ſibi iure ſtipẽdiaria fecit:Sed franci bellãtiũ inter ſe ſtudia: cũ pro/
priam ad res gerẽdas oportunitatẽ feciſſent:debellatoꝝ ex bonis creue
re:& eorũdem ex opibus aucti ſunt:nã gotthis caſtella nõnulla in Vene
tos impartiti:& maritima q̃dam Romanis loca:cætera ſuæ ditionis fece
re:Romanis itaq; & gotthis ſic ut diximus armis inter ſe decernẽtibus:
Pactu inter gotthos & Francis.
nec nouos alios hoſtes nactis:gotthi quidẽ & franci ad colloquum uene
re:inique conuẽtum ut quoad gotthi prelio eſſent cũ Romanis decerta
turi:ſua utriq; haberẽt:pacificeq; inter ſe uiuerẽt:nec quippiam inte/
graret hoſtile:Quod ſi unq̃ cõtigerit Iuſtinianũ Totyllam bello p̱uin/
cere:tunc quidẽ utriſq; ut liceat ſua ſic moderari & regere:ut expedire
fuerit ipſorum cuiq; uiſum. Theudiberto deinde Theudibaldus filius
Theudibaldus Francoꝝ dux.
in regno ſucceſſit:ad quem Imperator Leontium quendam legauit: Cõ
ſulari exgente uirũ:ſecum aduerſus Totyllam Gotthoſq; ut ſocietatem
iniret:& Italiæ locis inſuper abſtineret:quæ ille nimio inuadendi & in/
Legatus Impatoris ad Francis.
decentius ſtudio tenebatur:Leontius itaq; cum ad Theudibaldum ue/
niſſet:dicere ita exorſus eſt:Aliis forte nõnullis ſpẽ p̃ter eueniſſe aliq̃d
potuit:in Romanos uero quę p̱ uos geſta fuere: nulli adhuc contigiſſe
mortaliũ puto:Conſtat ſane Iuſtinianũ Impatorẽ non prius ſe ad id bel
Legati uerba.
lum aduerſus gotthos paraſſem: nec ſuſcipe antea peroptaſſe:q̃ franci
ipſi ſub ſocietatis & amicitię nomine:ingenti ab ſe accepta pecunia: cer/
tamen id ſecũ & ſe ſuſcepturos pollicerentur:hi tamen non ſolũ quæ pol
liciti ſunt non exequenda duxere:ſed tanta Romanos afficere iniuria:
quanta ne ſuſpicari quidem quiſpiam poſſit. pater nimirũ tuus Roma/
næ ditionis terras inuaſit:ad ſe nil penitus attinẽtes:ut quas uel abſenti
bus/a/ſuis conatibus francis:inpoteſtatem & maximo cũ labore:ſũmoq;
belli diſcrimine Iuſtinianus redigerat/a/quo nũc uenio ad te delegatus:
nõ pacta & iam preterita incuſaturus:ſed ea poſtulaturus moniturusq;
quę tibi futura uſui ſunt:conſulturuſq; deniq; tuaꝫ ut firmius ſerues fę
licitatem:& habere quę ſua ſunt Romanos quãdoq; ſinas:nã & puſillæ
rei plerũq; iniuſta poſſeſſio:uel magnas uires iam cõſecutos:priuare p̃
ſentibus potuit bonis:uel maioribus antehac partis:nam & proſperior
cum iniquitate fortuna coire nil ſolet:nũc uero rurſum aduerſus Totyl

Iam bellũ nobiſcum ut geras hortamur:hoc pacto & patris exequi pro-
miſſa nũc poteris:cum liberos oı̄um maxime deceat:parẽtũ delicta ſar
cire:ſiquid hos uſpiam deliquiſſe contigerit:& alias benefactis quæ op-
time geſſerint confirmare::quãdoquidem ſapiẽtiſſimis uiris id ſit optan
dum q̃ maxime:ſuoꝝ maiorum recte facta ut imitẽtur:praua uero re-
ctiora ut liberi faciant·Ad hæc accedit quod ne inuitatis quidẽ francis
id uobis neceſſario bellum eſſet & contra gotthos cũ Romanis ſuſcipien
dum:ſiquidem cũ barbaris iſtis iãdiu uobis certamen eſt:qui/a/ princi-
pio & hoſtes francis fuere:ac ſuapte natura ut leues & infidi hoſtiliter &
ı̄placabilẽ ı̄modũ ꝑ oẽ uos euũ antehac oppugnarũt:nũc uero quãdoq-
dem nos reformidãt:haud quaq̃ indignũ ſe ducũ:uobis ſeruiliter adu-
lari:quos forte/a/nobis ſi utcũqꝫ abducere poterũt non longepoſt quid
in francos animi habeant patefecerint:naꝫ improbi homines nec Impro
ſpera quidẽ nec in aduerſa fortuna ſuos ı̄mutare mores ſat poſſunt:quos
tamen dum aduerſi aliquid patiuntur:occulere ſolẽt:& ita ut dũ finiti-
moꝝ opa indigẽt:cogẽte neceſſitate:uel ſuam quidẽ occultant improbi
tatẽ:hęc ergo ipſi memoria repetẽdo:renouate cũ Imꝑatore nũc fędera:
& inueteres hoſtes illatas quondã iniurias enixius uindicate:hec ubi le
ontius porauit Theudibaldus ita reſpondit·Sotios nos aduerſus got-

Francoꝝ Ducis reſponſio·

thos nec recte quidẽ nec uſo merito uos inuocatis:Sunt nãqꝫ nobis hoc
tẽpore gotthi amicitia iuncti unde ſi erga hos ſe inſtabiles ꝓſtiterı̄t frã
ci:nec uobis quidẽ fideles erũt:mens nãqꝫ quæ in amicos prauitatis & ı̄-
conſtãtię ſemel arguitur diuertere ab ęquitatis uia aſſiduo ſolet:Ad ea
uero quæ de occupatis ꝑ nos locis nũc meminiſtis:reſponſuri id ſumus:
Patrẽ meum Theodibertum olim:nec finitimoꝝ quẽpiã uiolãdi ſtudi
um habuiſſe:nec alienã inuaſiſſe poſſeſſionẽ:cui rei argumẽto ipſe ſum
ego:qui ex eius hereditate nil ſim opulẽtior factus:non igit̃ ille hęc lo-
ca ut Romanis ſublata tenebat:Sed Tottylla ipſo tunc poſſidẽte ac pa-
lam prodente accepit:qua de re potius Iuſtinianũ oportuit francis con-
gratulari:quandoquidẽ qui rerũ ſuaꝝ fraudatores ꝓſpexerit:re aliqua
itẽ ꝑ alios fraudari:lætari proculdubio poterit:haud quaq̃ immerito
pęnas luiſſe hos ratus:ni forte his demum inuideat:qui illatam ſibi in-
iuriam uindicarint:nam hoſtium ęquitatem ſuam feciſſe:inuidiã face-
re ut pleraqꝫ homines arbitrantur:Sed de his rebus cognitionẽ permit
tere iudicibus poſſumus:ut ſiquid quod Romanorum fuerit:antehac

ditionis genitoř meus abſtulerit ſine ulla mora: uel nolētes ipſi reſtitua
mus: dehiſq; Byzātium oratores per nos non longo poſt trāſmittentur.
Francoꝝ ad Imperatorē.
Leontio igitur demum dimiſſo ad Impatorē iam quarto Lendardū le-
gauit. Totyllas gotthoꝝ interra primores quoſdā cū claſſe emiſit: qui
Corſica & Sardinia i Totylle poteſtatē redacte.
primū in Corſicā nauigātes nemine reſiſtente in poteſtatem Inſulā re-
degerūt: Sardinia deinde potiti utraſq; Totyllę Inſulas uectigales fe-
cerunt: quā rem Ioānes cū didiciſſet: qui in lybia tum forte exercitui p̄-
Carnalis.
erat: claſſem & ipſe mox nauiū ac hominū copias in Sardiniā miſit: qui
ubi Carnalē urbem propius peruenere: poſitis caſtris hanc obſidere aīo
agitabant: nam muros expugnare nil poterant: obſiſtētibus gotthis qui
ualidū ibi haberent preſidiū: barbari itaq; cognito Romanoꝝ aduētu:
eruptione ex urbe facta. cū hos repētius inuaſiſſent nullo negocio mul-
tis iā interfectis in fugā uertūt: demū q̄ prelio ſupfuere fugiētes ſe in na
ues recipiūt: ac paulo poſt inde ſoluentes Charchedonē cū uniuerſa claſ-
ſe peruenīūt: ibiq; in hybernis māſere: ut ineunte mox uere maiori cū ap-
De Corſica.
paratu in Corſicā ac Sardiniā exercitus ducerēt. Atqui Corſicā ueteres
Simię.
cyrnū dixere: in ea Simię ad humanā fere naſcuntur effigiem: equorūq;
armēta paſſim uagantium: ſed paulo ſupra oues hi magnitudine ſunt
Sclaueni in Illyrium irrūpunt.
Sclaueni p̄terea ingenti multitudine illyrios inuadētes: malis inexpli-
cabilibus affecere: aduerſus quos Impator exercitū miſit: q̄ cū hoſtium
copiis eſſet longe inferior: haud quaq̄ cū his congredi potuit: ſed barba
rorum ſecutus ueſtigia poſtremos carpebat: unde nō paucos ex his in-
terfecit: quos uero uiuos cępiſſet ad Impatorem Byzantiū miſit: haud
tamen prohiberi omnino barbari poterāt: ne dāna grauiora inferrent:
ſed in ea populatione cū temporis plurimū hi cōtriuiſſent: itinera paſ-
ſim cadaueribus complēt & infinita hominū copia in ſeruitutē abacta:
omnibus prouinciæ rebus direptis nemine hic occurſante cū oī p̄da do-
mum ſe tandē incolumes recepunt: nō enim uel hyſtrum flumen traiici
entibus barbaris Romani moliri inſidias potuere: uel uim alia quauis
arte inferre: quippe quos gepedes excepiſſent mercede cōducti: pretio
ab his non paruo exacto: Sed Impator interim permoleſte rem ferre &
grauiter angi: cum nullo pacto barbaros poſſet hyſtri trāſitu prohibe
re: quē iccirco traiiciebat: ut Romanū depredarētur Imperiū eaq; de
cauſa Iuſtinianus fœdera iungere cum gepedum gēte animo deſtinarat
De Gepidis.
Sed gepēdes interim Longobardiq; inter ſe bellū geſturi cupidius erāt

tam & ſi gepedes Romanoꝝ uires ſeformidãtes: nos in hos prorſus con
tumaces ſeſe exhiberẽt: Impator tamẽ cum Longobardis belli fecit ſocie
tatẽ: iureiurando ac ſanctius confirmatam: ipſis primo ſtudentibus cũ

Societas longobardoꝝ cũ Ro.

Romanis amicitiam & fędus conciliare: unde & oratores confeſtim ad
Impatorẽ Byzantium mittũt: hunc enixius deprecatũ: ſecum ut ſocieta
tẽ iniret: qua re ocius impetrata: data ultro citroq; fide longobardorũ
oratoribus ipſis petẽtibus: duodeni ſenatorii ordinis uiri iuramẽto fac
ta omnia cõfirmarunt. Iuſtinianus deinde Longobardis ex fędere id po
ſtulantibus exercitũ aduerſus gepedas mittit: ex eo tamẽ preter Ama
lafridã prefectũ: eiuſq; milites ad longobardos nemo puenit: nam cęte

Exercitus Iuſtiniani contra Gepidos.
Amalafrida pfectus Ro.
Gepide ſuperantur ad iternitionem.

ri Impatoris iuſſu circa Vlpianam in Illyrios urbẽ ſtationẽ habebãt:
ob ſeditionẽ ea de cauſa inter incolas ortam: qua chriſtiani ſolẽt de fide
ſolertius diſceptando inter ſe altercari: Longobardis itaq; cũ Amalafri
da Romanorũ duce una in Gepedas proficiſcẽtibus: ut bellũ mox initu
ris: & illis in occurſum euntibus: pręlio ſtrenue geſto Gepedes ſupant:
quoꝝ pars maxima fertur in ea pugna occubuiſſe: qua demũ pacta Aul
duinus Longobardoꝝ tunc Impator ad Iuſtinianũ e ſuis quodã lega
uit: qui rem fęliciter geſtam hoſteſq; ſupatos denũciarẽt: & itẽ mox que
rerentur: haud quaq̃ ſibi iuncto ex fędere Romanorum exercitũ in tẽ
pore affuiſſe: cum alias ipſe immodica ſue gẽtis multitudine homĩes ad

Eriſſeus Sinus.
Terremotus in Achaia Boetia & Pelopõneſo.
Corona.
Petra.
Naupactum.

Narſetẽ aduerſus gothos miſiſſet ſubeo militaturos: Per id autẽ tẽpo
ris ingẽs terrę factus eſt motus: ut qui boetiam omnẽ & ſimul achaiam
cæteraq; circa ſinum creſcũ concuſſerit: loca inſup alia quidẽ & infinita:
Octonaſq; ciuitates ad ſolũ proſtrauit: Coroniã pterea Coronãq;. Pe
tram item & Naupactum deleuerit prorſus: Quorum in oppidorũ ex
cidio ingẽs hominum facta eſt conſternatio: terra uero nonnullis in lo
cis cũ maximum in chaos hiaſſet: inſe rurſum ac priorẽ inſtatum coibat
alibi tamen ſic interſciſſa pmanſit: eius ut regionis tunc homines niſi lon

Eſtis maris igẽs

giore circuitu inuicẽ uerſari nil poſſent: In freto autẽ quod inter Theſ
ſaliam eſſe & Boetiã cõſtat: tãtus derepẽte obortus eſt ęſtus: ut circa ur
bẽ quam Echineorum appellant: & in Boetia ipſa Scaſiam oppidum cũ
incontinẽtẽ plurimum deſcendiſſet: ac ea e regione ſic cætera inũdaue
rit loca: ut magna ruẽtiũ edificioꝝ & hominũ ſimul facta ſit ſtrages: in
hiſq; tãdiu ea inundatio mãſit: ut longiora trãſacta ſint tẽporis ſpatia:
atq; adeo ut uel ſupra id fretum Inſulę ipſe: unde aquarum illuuies illa

exeſtuarat:ſic puię ſint hominibus facte:ut pedibus ad eas·haud ſecus
puaderēt:ac fluctibus deſtitutas:aliaꝝ terraꝝ longe lateqȝ ſuperficiē
omnem ad montes uſqȝ operientibus:qui ea ꝑminent regione:Sed ubi
mare in priſtinū ſe locum recepit: deſtituta interram tanta & paſſim
uis piſcium eſt:ut uel inſuetum antehac eius regionis hominibus piſci
um genus portenti loco ſit uiſum:in eo autem terrę motu:quia ualidiꝰ
incidiſſet:maior longe hiſce in locis eſt facta q̄ in reliqua grecia ſtrages
& in ludo precipue quodam ac panegyrico:ad cuius ſpectaculum grę
corum magna conuenerat multitudo:hac eadem tempeſtate Crotonia
te una cum preſidiariis militibus ipſis ad arcis cuſtodiā poſitis:acerbiſ
ſime per gotthos obſeſſi :cum neceſſariaꝝ rerum inopia premerentur:
ſpes hoſtes frauſtrari i Siciliā trāſmiſere:obteſtatiqȝ ſūt Romani ꝑxer
citꝰ duces:& Artabanē ipm̄ ꝑcipue:ni celerrime ſibi opitulatū uenirēt:
& ſi nō ſponte:ſe tn̄ ipſos ac ſimul ꝑſidiū hoſtibꝰ nō longe poſt dedituros
Sed nemo his ſuppetias uenīūt:ꝯ hyems exacta iam eſſet & ſeptēdecimꝰ — Belli Annꝰ·xvii
annus belli huius exiret:quod ſcripſit Procopius·Impator uero de his
iam certior factus quę Crotoni tunc gererentur:in greciam miſit qui
Thermopilaꝝ cuſtodibus imperarent:in Italiam confeſtim nauigatio
nem ſuſciperent:opem his enixe laturis·qui Crotoni obſiderentur:tū
illi dicto audientes inde ſtatim profecti:ac proſperum nacti uentum: — Crotonis obſi-
de improuiſo ad Crotoni portum perueniunt:barbari uero proſpecta — dio ſoluitur·
hoſtium claſſe & metu ingenti perculſi:tumultuoſius obſidione ſoluta
Tarentinum in portum cum nauibus partim ſe receperunt:partim in
tra Scyllę delati fretum mox abiere:que ferme res cum ſic accidiſſent:
magnum in modū gotthoꝝ animos ſubegere:Vnde & Roganes inter
gotthos uir impiger qui Tarantino preſidio preerat:& Morax inſup — Torentum a
gotthus Acherotię prefectus cuſtodiis:cum Pacurio Peranio in hydrū — Acheruntia Ro
te Romanorum tunc duce ſuoꝝ ex militum uoluntate in colloquium — manis dedunt·
ſtatim uenere:proqȝ eorum ſalute pacta ab Imperatore fidem cum ac
cepiſſent ſeſe ac ſuos Romanis dedunt:& ſimul munitiones in quarum
fuerant cuſtodias conſtituti·Narſes interea ex Salonis profectus ad
uerſus Totyllam gotthoſqȝ cum uniuerſo & ingenti progrediebatur
exercitu:iam enim magnas acceperat ab Imperatore pecunias: quibus
is erat copias cōparaturus q̄ maximas:& aliis belli ſatiſfacturus neceſ
ſitatibus:& ſimul militibus qui in Italia erant integre per ſoluturus

ſtipendia:eorũq; animos largitionibus erigẽdo ad ſe demum reuocatu-
rus:qui ad Totyllam ſe ultro cõtulerãt:nam cum negligẽtius id ante-
hac Impator bellum geſſiſſet:maximi tãdem momẽti ad id exequẽdũ
fecerat apparatũ:hortãte Narſete & opam ſimul ad ipſum id pollicente
ut qui cum in Italia ſibi eſſet acie decernẽdum animi ferebat præ ſe ma-
gnitudinẽ pfecto dignã:non enim aliter id bellũ ſe adminiſtraturũ pol
licebatur:niſi & copias eſſet barbaris pares in plium producturus fac-
tum itaq; eſt:ut pecunias ſecum:uirorũq; robora armaq; pro Romani
Imperii dignitate ab Impatore acciperet:& ipſe ſimul cum impigerrima
de ſe oſtendiſſet animi promptitudinem maximũ contraxit exercitum.

Copie Narſetis

Nam ex Byzantio Romanorũ militũ non paruas eduxerat copias:exq;
ipſis Thraciæ locis & ſimul Illyricis hominum uim magnam coegerat:
Ad hunc deinde ſuis cũ copiis & cætero quem reliquerat Germanus ex-
ercitu & Ioãnes acceſſit:Audus ſeſq; itẽ Lõgobardorũ dux magnis pecu
niis ut ipſum id faceret pſuaſus & ipſo ex fœdere ac iũcta cũ Romanis ſo
cietate:duo milia & quingẽtos ex ſuis delectos Narſeti in auxiliũ miſit
ſubſidiarioſq; alios milites ad triũ miliũ numerũ:& bellicoſos. Erullæ
preterea gẽtis equitũ ultra tria milia hos ſubſecute:hunnorũq; ingẽs
manus. Ioãnes deinceps ſtagas Romanis pfectus cohortibus bello pua-

Narſetis libera-
litas.

lidis:Cæterũ Narſes in largiẽdo profuſior erat:ad beneficiaq; in indigẽ
tes cõferẽda promptiſſimus:& ad ea intrepide exequẽda inque antehac
forte intẽderat animũ miro ſtudio utebat:qua ex innata liberalitate
ſupiore tempore plerisq; principũ beneficio erga ſe uſi hac fuerant: Vn
de aduerſus Totyllam gottoſq; Narſes ubi Impator eſt declaratus: li-
bẽtius omnes ſub hoc militare iam uelle:idq; enixe ſatagere partim ei
prouecteribus inſe beneficiis ut grãs redderẽt:partẽ uero quod uti par
erat ſumma cũ ſpe expectarẽt aliquod ſe ab eo inſigne beneficiũ acceptu
ros. Sed preter cæteros omnes Erulli ac barbari alii hũc beniuolẽtia p-
ſequebantur:hiq; pcipue qui aliquo affecti antehac beneficio fuerant:
Poſtq̃ autẽ Narſes Venetorum ad loca q̃ proxime uenit:francorum ad
duces qui ea/e/regione pſidiis perant nũtios miſit:qui ab ſe peterẽt: ut
eorum pmiſſu ea ſibi trãſire liceret. Tum illi nullo ſe pacto id pmiſſu-

Franci p Vene-
tiam iter facere
phibẽt Narſetẽ

ros reſpondẽt:nõ alia ulla aptius prodita cauſa:ſiuẽ quia Franciſ ea res
minus conduceret:ſiue quia gotthorũ potius rebus ſtuderẽt: utcũq; ta
men ad excuſationẽ demum id cauſe ptendebant:nec iuſtæ quidẽ nec ue

riſimilis quod Longobardos ſilicet infęliſſimos francis ſecum Narſes du
ćtaret:& cum icc irco tranſitu ſe prohibere. Narſeti itaqꝫ ut inre dubia
animo fluctuanti rogantiqꝫ Italos qui forte tunc aderant quid nam eſ-
ſet in preſenti agendum aperte illi denunt ãt:niſi franci permiſerint:ut
ea omnes pertranſeant:neqꝫ Rauennam ſe inde poſſe contendere: nec
Veronam quoquam pacto diuertere:cum plane conſtaret quod robo-
ris in gotthorum exercitu eſſet Totyllam delegiſſe:ac Teiam in re mi-
litari preſtantiſſimum uirum his copiis prefeciſſe: Veronamqꝫ tranſ-
miſiſſe gotthorum ditionis tunc urbem:ut quoad poſſet Romanum ex
ercitum tranſitu prohiberet:Et ſane hic Teias ubi Veronam peruenit:
aditus hoſtibus omnes ea/e/regione obſtruxerat:locaqꝫ omnia circa pa
dum undequaqꝫ imperuia fecit:infeſtaqꝫ hoſti & commeatibus reddi-
dit:aditibus undiqꝫ interſeptis:ipſe deinde ita ſe ſuoſqꝫ pararat:ut inua
ſurus ſtatim Romanos fuiſſet:ſicunde forte tranſitum pertemptaſſent:
Sed Totyllas hęc icc irco machinabatur:quia Romanos putabat per Io
nici Sinus tunc littora facere iter non poſſe:quandoquidem inter media
flumina quæ tranſiri nauibus antehac poterant:per id tempus tanto-
pere inundaſſent:ut nemini tranſitus ea utcunqꝫ/e/regione pateret:&
ſatis callebat non eam nauium his copiam eſſe:ut traiecturi ſimul om-
nes per pontum Ionicum exercitus eſſent:quod ſi per uices tranſfretare
& cum paucis uellet cum reliquis gotthorũ ſe copiis in dies ſingulos ab-
euntes illos nullo negotio repreſſurum. Sed Narſetez interea animi du
bium Ioannes Bataliani ut eius regionis & locorum peritus identidem
admonere cum uniuerſo exercitu ſecundum mare iter ut faceret:cũ ſuæ
ditionis homines eſſent qui maritimam oram incolerent:nauiumqꝫ nõ
nullas iuberet ſe ſubſequi:& lemboruz uim maximam ut cum ad flumi
num exitum exercitus perueniſſet:ex his ponte mox facto facile pertrã
ſiret. Narſes itaqꝫ his monitis perſuaſus cuz ita egiſſet:cum omnibus co
piis Rauennam peruenit:cum hiſqꝫ Balerianus Iuſtinuſqꝫ duces: ſuos
milites iungunt:& dum Rauennę interea dierum nouem conterunt tẽ-
pus: Vdrillas gotthus uir bello clarꝰ qui Arimini cuſtodie prę̧erat ad
Valerianum litteras huiuſmodi dedit. Omnia uos complexi rumori-
bus & imaginatione umbratili quadam Italia uniuerſa potiri: nec hu-
manitus plane inſoleſcentes:terreri hac uia gotthos poſſe exiſtimatis: p

Teias got. Vero ne pfectus.

Narſes ſecũdum mare prefectus Rauẽnam uenit

Vdrillas got. Arimen pref.

inde Rauennæ nunc conſediſtis: tanq̃ hoſtes falli ſic poſſe rati· & haud ſe
cus ac barbaroruꝫ ignauiſſime turbæ tempus in locis minus decẽtibus
teritis: Sed agite dum celerrime omnes conſurgite: ac bellica quandoqꝫ
tandeꝫ attingite opera: uoſqꝫ Gotthis oſtendite: neqꝫ ſpe longiore ſuſpẽ
ſos nos detinere qui iam ſpectaculum id expectamus· Narſes uero ubi
hæc ad ſe delata cognouit irriſa barbari inſolentia & Iuſtino incuſtodia
Rauennę relicto cum uniuerſo exercitu ſe ad exeundum parauit: Cum
itaqꝫ Ariminum omnes q̃ proxime iam perueniſſent tranſitum ea ha-
ud quaq̃ facile inuenere: cum Gotthi non longe ante eorum aduentum

Fluuius ad Ariminum.

pontem ea ſe regione interrupiſſent: Amnis namqꝫ qui iuxta Ariminũ
fluit expedito cuiq̃ uni ac dearmato iter pedibus facienti uel nemine in
terpellãte uix ponte ꝓ uius ſit: ne dũ cũ milit copiis & armatorum: &
barbaris preſertim ex aduerſo inſtantibus· ea quis tranſmittere queat:
Narſes igitur cum ad pontem ueniſſet diu animo fluctuatus: unde tiam
tranſitum inueniret: nam & Vdrillas Gotthus eodem iccirco peruene-
rat: non tamen magna cum equitum turma: ut nulla ex parte quæ ge-
rerentur ſe preteriret· Sed ex his quidam qui Narſetem tunc ſequeban
tur ĩ hoſtes protinus ſagittam immiſit: & ex equitibus quempiam unũ
mox nactus interfecit: qua re exterriti Gotthorum tum equites fuga ci
tatiore intra Ariminum ſe receperunt: & aliis ſtatim & recẽtibus ſecum
eductis: per aliam portam aduerſus Romanos deferebantur: ut ex in
prouiſo hos inuaſuri: & Narſetem ſimul obtruncaturi: qui ex utraqꝫ
fluminis parte tranſitum ſuis copiis quęſitum abierat· Sed Erulli for-

Vdrillas pref. interficitur.

tuna quadam cum Gotthis in ſe uenientibus obuiam preceſſiſſent: Vdril
lam prefectum primo congreſſu occidunt: cui ſtatim per Romanũ quẽ
piam cognito: preciſum caput ut ad Narſetem deferrent cum ſuſtuliſ-
ſent in caſtra perueniunt: unde omnes ob nauatam per Erullos Roma-
noſqꝫ egregie operam & animi promptitudinem idẽidem affirmare:
gotthis deum eſſe infenſiorem: Narſes uero Vdrilla ceſo: ſuo cum exer-
citu procedebat: nõ enim ei animo inerat quæ per gotthos tũc tenerẽtur
aliquo pacto ꝓſidia infeſtare: ne quid interea tẽporis incaſſum tereret-
tur uel quibus maxime intẽderat animũ moram aliquam faceret: hoſti
bus itaqꝫ ꝓfecto orbatis iam quieſcentibus: ne quoq̃ ſe pacto interpellã
tibus Narſes intrepide flumine ponte conſtrato & nullo negotio traie-

cto exercitu: ommiſſo flammineam uerſus itinere ad leuam diuertit: nã
ad dexteram Petra preſidium ſuapte natura munitiſſimus locus preoc
cupata ab hoſtibus fuerat: & omnia ea ex parte que in flãmineam deſert
Romanis omnino inpuia & plane infeſta effecerat: Narſes itaqꝫ uia quæ
breuior erat dimiſſa ineam cõtendit: qua trãſitus tuto patebat. Interea
Totyllas factus de his que inuẽtos accidiſſent iam certior Teiã quidẽ
imprimis & eius copias preſtolando: Romanorum i locis quietus & nu
ſpiam mouens ſe continebat: ubi uero qui expectabantur deniqꝫ affuere
duoqꝫ equitum milia adhuc tamẽ deeſſent: his haud quaq̃ deceteroex
pectatis: cũ reliquo exercitu ſtatim profectus: idoneum in locũ hoſtibꝰ
occurſurus cõtendit: quo in Itinere cum Vdrille caſum perdidieiſſet: &
hoſtes Ariminum preteriſſe Tuſciã omnem hos conquirẽdo emẽſus ad
appẽninum montẽ peruenit: ibiqꝫ caſtris locatis: uicũ q̃ proxime cõſtitit:
quem Taginam uocãt: eodem & Romanorum exercitus duce Narſete
non paruo poſt tẽporis interuallo adueniẽs ſtatiuis habitis procul ab
hoſtium caſtris ſtadiis centum in ipſa planitie manſit: ei loco propin
qua in quo Romanorũ tradũt Imperatorem Camillum potitum uicto
ria gallorum quondam innumeram multitudinẽ trucidaſſe: cuius illa
tẽ ob memoriã cladis uel ad nr̃a hæc tẽpora gallorum buſta locus hic
dicitur: nam & adhuc tumuli interfectorum uiſunt & frequẽtiſſimi.
Narſes itaqꝫ uiris ad Totyllam idoneis miſſis hominẽ commonefacere
rẽt Imperauit ut bello depoſito quandoqꝫ tãdẽ de pace cõſuleret: ſecũqꝫ
id reputaret eſſe quidem hominibus paucis quibuſdã preeſſe: receſſoqꝫ & te
mere in unum cõtractis: nec ullo pacto diutius poſſe cum uniuerſo Ro
manorũ imperio decertare: ad cetera & illud iniũxit: quod ſi belli cupi
dum eum uiderẽt: iuberẽt ſtatim ut diem ad pugnam ſtatueret. Legati
igitur cum Totyllæ in cõſpectum ueniſſent. Narſetis iuſſa mox pera
gunt. Sed Totyllas iam inſolẽs factus & iactabũdus: pugnãdum omni
no his eſſe reſpondit: Tum uero legati/o/ſtrenue, inquiunt: certum ali
quod pugnæ ſtatue tẽpus: at ille octauũ in diẽ prelio una decernemus:
Legati deinde cũ in caſtra rediſſent: cõuentum inter ſe & Totyllam ad
pugnã diem Narſeti denũtiãt. Sed is Totyllam ſuſpicatu; dolos animo
agitare: ſic ſe preparabat: ut in alterum diem dimicaturus: nec ſane hunc
ſuſpitio ea fefellit: Nam & poſtera Totyllas die cũ uniuerſo exercitum

Petra.

Narſes relictus poſt terga hoſtibus in Totyllã proficiſcitur.

Tagina.

Totylla & Narſes in Tuſcia proxime caſtrametantur.

Buſta Gallorũ ubi.

Mandata Narſetis ad Totyllã

inconſpectũ mox affuit. Iamqꝫ exaduerſo utriqꝫ conſederant nec abin-
uicem longius: q̃ ad ſagittæ duplicem iactuȝ: Erat autem intermedius
breuior collis: quem preoccupandi utriſqꝫ ſtudium fuerat: ut ſibi hunc
fore per idoneũ ratis: unde/a/dextera poſſent hoſtem ferire: & loca qui-
dem ea in parte ut antea diximus prominentia erant: atqꝫ adeo ut cir-

Loci deſcripto ubi pugnanduȝ erat.

cũuenire/a/tergo hoſtem aliũde Romani non poſſent: niſi excalle quo-
dam colli propinquiore: neceſſe itaqꝫ erat ut maioris utriqꝫ hunc face-
rent collem: & preoccupare temptarent: Gotthi quidem ut hoſtes in pu
gna circũeundo dubios redderent: Romani ne dolo capi ſe paterentur:
Sed Narſes preueniendo quinquaginta expeditum cohorte delectos:
nocte intempeſta cum in collem dimiſit: ut occupatum tenerent: tum il
li nullis ſe hoſtiũ prohibentibus: in collem cum deniqꝫ euaſiſſent: taciti
quieſcebant: ad huius uero collis radices torrens preterfluit quidam: &
ab eo non procul calle: cuius & nuper meminimus: exaduerſoqꝫ loci in
quo caſtra gotthi locauerant labitur: quinquaginta itaqꝫ illi inter ſe &
exordine conglobati in phalangem: ut in anguſto conſtiterant: Totyl-
las uero ubi primũ illuxit: hos cõſpicatus inde propellere ſummo ſtu-
dio nitit. Unde in eos ſtatim equitũ turma immiſſa his imperat: ut de
colle hoſtes extemplo reiicerent: equites itaqꝫ Gotthi tumultuoſius ac
magnis clamoribus in quinquaginta illos ſic irruũt perinde hos uoci-
bus tantum ac repentius ſublaturi: Sed illi in arctum ſeſe colligendo:
ſcutiſqꝫ loco ex neceſſitate obſtructo una conſtitere: quos inde Gotthi ce
lerius inuadendo turbandoqꝫ inſectati: haud quaq̃ loco mouerunt: cuȝ
milites illi umbonũ impulſione: ac telorũ crebro diuerberatu: ſuoqꝫ or
dine ſtantes: inſubeũtes ualidiſſime depugnarent: nam: & de induſtria
ad terrorem clipeis concrepare territareqꝫ hac arte aſtuqꝫ equos & lan-

Prelium pro colle occupando.

ceis uires inceſſere: Tũ uero retrocedere pre pauore equos uideres ut
loci difficultatibus ita & clipeorum ſonitu perturbatos: cunqꝫ nuſpiaȝ
eſſe qua poſſent pauefacti euadere: cum is ut nil uoci obtemperantibus
& equites ipſi trucidabantur: qui cum Romanis tam bene munitis: &
ne ueſtigium quidem cedentibus dimicarent: Quo factum ut in princi
pio gotthi repulſi retro iam cederent: rurſuſqꝫ inpugnam temptantes
cum eadem paterentur: pedem protinus referebant: ac ſepius demum
ita refugientes fuſi fugatiqꝫ ſunt: unde his in caſtra ſe referentibus alte-

ram Totyllas equitum alam ad eam rem peragendam ſummiſit: Qui-
bus nil ſecus ac primi refugientibus: alii tertio ſummittuntur: Totyl-
las itaq cum turmas iam equitum multas aduerſus Romanos perui-
cès ſic tranſmiſiſſet: & cum his omnibus nil penitus effeciſſet: deſperata
re tandem ab incepto mox deſtitit: qua ex re Romani milites illi & qn-
quaginta pro nauata tam impigre opera gloriam retulere ingentem:
his demum peractis: utriq ſe ad acie decernendum parare: Sed Nar-
ſes anguſtiore in loco contracto exercitu: huiuſmodi uerbis hunc cepit Narſes ſuos ad
ad rem gerendam hortari: hoſtibus his quidem/o/milites qui ex aduer- pugnam hortať
ſo ſunt ad certamen inſtructi adhortatione forſitan maiore eſt opus:
quæ ad animi promptitudinem excitet: qua ſibi uictoriam referant· uo
bis uero/o/uiri quibus ut ob innatam uirtutem: ita & belli ob decora: &
ad hæc inſuper ob apparatum multitudinemq quandoquidem cũ lon
ge inferioribus pugna eſt incunda: nil aliud reor neceſſarium fore niſi
deo ut ipſo propitio in aciem nunc prodeatis: continenterq ueſtris hũc
promeritis inſdcium nacti: de iſtis predonibus maximo cum eorum cõ
temptu uictoriam referatis: qui magno Imperatori: & ſi a principio
ſeruitute obſtricti fuiſſent: fugitiui tamen effecti: tyranno ſibi/e/turba
homine conſtituto: Romanum Imperium aliquandiu & furaciter per-
turbarunt: tam & ſi iſtos exiſtimauerit quiſpiam ut animo decentiora
uerſantes: haud quaq̃ nobis in acie nũc occurſuros: quod ſi ut mortis cu
pidiores ex temeraria audacia aliqua & furibunda pre ſe petulantiam
tulerint: apertamq & certiorem ſibi audeant mortem deligere: profec
to his nihil /ſ/uenit quod ex fortunæ caſibus preſtolantur: ſed pro eorũ
uita factiſq diuino ipſo ex numine in ſupplicia adigentur: ut qui ſpon
te ſe in tormenta proripiant: quibus fuerant iampridem afficiendi: Ce-
terum ut iſta ommittam uos quidem pro equitate proq re publica
eſtis decertando in aciem prodituri: hi uero res innouando uel ſuis qui-
dem cum inter ſe legibus prorſus diſſideant: & ad poſteros nihil ſe tran
ſmiſſuros expectent: deperituraq ſecum omnia putent: ex arriana cõ-
ſuetudine ad dei unius ſpem uiuunt: fit itaq ut contempnendi per ma-
xime ſint: nam quæ nec legibus conſtant: nec optimis quibuſuis inſtitu-
tis ab omni uirtute deſtituantur neceſſe eſt: His Narſes cum ſuos com-
monuiſſe: Totyllas ipſe Romanorum copias admiratus: & ſuis ad ſe

Totyllas ad ſuos cohortatio.

conuocatis orationem huiuſmodi habuit. Poſtremo uos nūc/o/ uiri Cō-
militones commoniturus hunc in locum ut conueniretis effeci: nā poſt
id hodiernum certamen: nulla opus fore exhortatione decætero duxe-
rim: Sed unus hic dies uniuerſum bellum decernet: adeo nanq; nos oēs
Iuſtinianumq; Imperatorem debilitatos iam eſſe perſpicuū eſt: uireſq;
nobis utriſq; omnes continenter pugnando & calamitatibus tandiu in-
ſueſcendo ſic interciſa fuiſſe: ut ſi hoc prælio hoſtes uicerimus: haud quaq̄
repertituri nos alias ſint: ſin uero deuicti ſuccumbuerimus: nulla erit
redintegrandi id bellum gotthis ſpes reliqua: Vtriq; tamen ſat ſumus
adiuſtam perinde quietis excuſationem uictoriam habituri: mortales
nanq; cum ipſis ex rebus quę deteriora ſunt ſemel delegerint: ad ea re-
dire haud quaq̄ decætero audebant: uel neceſſitate ad id impellente: cū
uoluntate hæc ipſa refugiant: malorum recordatione animos territan-
te: hæc milites cum ex me acceperitis enixe operam hoc bello nauate: nō
enim in aliud tempus animi differenda eſt uirtus: inſudate inquam eni
xius: nec in aliud id corpus diſcrimen ullum ſeruate non equis: non ar-
mis nunc parcite: ut ulli poſthac uobis uſui affuturis: Fortuna ſiquidē
cæteris rebus protritis: ſpei duntaxat ſummam in hunc diem ſeruauit:
Quocirca animi uobis exercenda eſt magnitudo: & ac audendum uos
preparate: nam quibus ſpes dubia eſt: ut in preſentia uobis nec breuiſſi
mum quidem momentum excidiſſe conduxerit: temporis ſiquidem ubi
occaſio ipſa rei benegerendæ preteriit: inutile proculdubio fit: quod cū
quæ poſt hac impenditur ſtudii: uel ſi id quidem permaximum fuerit:
rerum natura ſuperuacaneam nil admittente uirtutem: nam & pretere
untę neceſſitate: uel ea quæ impoſterum fiunt: uana & inania ſint & nil
oportuna neceſſarium eſt arbitror itaq; ad uos per decere: ut oportu-
niſſimo tempore: & impigre factis certamen aggrediamini: ut bonis ex
hoc prodeuntibus uti poſſitis: Sed illud interea ſcire uos uelim: letife-
ram fugam omnibus fore: fugere nanq; iccirco homines ſolent: aciemq;
ac ſigna deſerere: ut eſſe ſuperſtites queant: quod ſi mortem: & hanc qui
dem conſpicuam illatura eſt fuga: profecto qui diſcrimen ſubierit lon-
ge tutior erit: q̄ qui fugam capeſſerit hoſtium autem contemnenda uo-
bis erit hæc turba ex uaria hominum colluuione inuicem coactium fa-
cta: quę utiq; cum multis ex locis auxilia & ſocietates contraxerit: nec

ſide quidem nec uiribus ualet: ſed ut nationibus eſt interſciſſa: ita & merito diuiſa ſententiis: non enim exiſtimetis hunnos Longobardoſq; & Erulloſ quos Romani mercennarios habent: pecuniaq; conductos mortis diſcrimen pro his prœlio ſubituros: ut quibus non tam parui anima ſit: ut argento inferior habeatur. Sed ipſe equidem iam ſatis intelligo: iſtorum tam uarios milites: ultro in nos impetum ac ſtatim facturos: ut uideantur potius bellum geſturi: q̃ uel mercedem mereantur acceptam: uel ſuis ut pareant ducibus: nam & hominibus uel ea quidem quæ ſuauiſſima ſunt: nedum hoſtilia dixerim ni ſponte ſua ultroq; geſſerint: ſed inuiti forte coactiq; operam pretio locent: haud quaquam ſunt uoluptati futura: ſed laborioſa potius uidebuntur dum cogit neceſſitas: hac igitur rerum recordatione & animi promptitudine imus in hoſtem. Hæc ubi Totyllas perorauit: ad pugnam utrinq; cogebantur exercitus: & hunc in modum inſtructæ copiæ conſtitere uerſa in inuicem facie acies utreq; ſtabant: profundiſſimam duces phalangem effecerant: fronte ipſa extenuatam oblongamq;: Sed læuum Romanorum cornu Narſes Ioanneſq; circa collem tenebant: & cum his ſimul quicquid erat in Romano exercitu roboris iungebatur: ſequebantur deinde preter barbaros hunnos haſtati alii peltatiq; milites & delectorum uirorum uis ingens: Dextro in Cornu Balerianus Ioanneſq; ſagas & Tagiteus cum cæteris Romanis conſtiterant: pedites ſagittarii utrinq; a lateribus erant: in phalange autem media Narſes Longobardos Erullorumq; gentem ac cæteros barbaros collocarat ex equis deſcendere iuſſos & peditum loco manere: ne forte ipſo in prœlio uel formidine caperentur: uel ultro timorem diſſimularent: ſed ad obtemperandum ut paratiores effeceret: In læuo autem cornu poſtrema Narſes ipſe tenebat: & Romani poſiti in fronte erant: equitum in ea quinque milibus conſtituiſſe: quibus mille & quingentos præmonuit: Romanis ut ſtatim auxilio eſſent: ſi quos forte terga uertere contigiſſet: reliquis uero iniunxit: cum primum rem aggredi hoſtium peditatus cepiſſet: poſt terga his protinus comparerent: & dubios redderent. Eundem in modum & Totyllas in hoſtē copias omnes inſtructas pduxit: ſuaſq; acies abūdo ad audēdū milites ſuos hortari: & animos his uultu uerbiſq; facere: id ipſum &

Romana acies qũo inſtructa

Narſes ſatagere:diuerſa futuræ uictoriæ pręmia haſtilibus imponen-
dum:& ad ſubeundum belli diſcrimen incitamenta omnibus oſtentare
Sed aliquandiu cum exaduerſo hi conſtitiſſent:neutra ex parte cęptum

Acias in cōſpe-ctū cū ueniſſent conſtitere.

eſt prœlium utriſqꝫ per hoſtem in ſe primo impetum fieri operi-
entitibus: Vnus deinde quidam/ e/gotthorū exercitu Docas nomine
bellicæ induſtriæ famam adeptus:equo in hoſtem adacto:q̄ proxime

Docas.

Romanorum ad caſtra peruenit:& ad Singulare certamen ſtrenue pro
uocat qui ſecum uelit armis confligere:fuerat is autem Docas ex eo mi-
litum numero qui ex Romano exercitu omnium primi ad Totyllam
ultro conceſſerant: Tuꝫ illi/e/Narſetis haſtatis militibus quidā ſtatim
occurrit armenius genere:equo & ipſe uectus at Docas in hoſtem ad-
uerſus ſe uenientem prior proceſſit:uenerem illi ut lancea percuſſurus
ſed Armenius ille in alteram partem equo ſubducto:periculum decli-

Singulare certamen.

nauit:& inſe irruentis ſuperuacaneum impetum fecit:ipſe uero in ho-
ſtem conuerſus:dexterum illi in latus telum adegit:quo ex uulnere got
thus ex equo moribundus prolabitur : proſtratuſqꝫ iacuit:ingens de-
inde per Romanum exercitum ex re benegeſta clamor attolitur: rebus

Romanus ſingulari certamine uictor

igitur ita peractis a neutris tamen ad huc pugnæ initium fieri. Sed So
lus Totyllas medium in Campum prodire:non ſingulare initurus cer
tamen:ſed ut tempus extraheret:Gotthorum nāqꝫ duo milia equitū q
ad ſe haud dum uenerant:cum appropinquare iam accepiſſet : in eorū
aduentum protrahere prœlium nitebatur &'alias haud quaquam ſe in
dignum putabat hoſtibus ſe oſtentare qualis quantuſqꝫ eſſet : nam ad
cætera ornamenta armis indutus proceſſerat auro habunde celatis: ex
equiſqꝫ ut ornatiſſimis faleris ita & pilo ac lancea inſcitabatur:purpu-

Totylle ſpēs & arma aurea.

reaqꝫ & regia ueſte:& ex equo ipſo precipue quo ille miræ magnitudi-
nis uehebatur:in medio autem campo ut bellicæ artis peritus ac ludibū
dus proceſſerat:equum diuerſim calcaribus concitando in orbem fre-
nis agiliter agere:obequitandoqꝫ telum in auras ſurſum uerſus apte di
uerberare:& ipſum id rurſum ad terram delatum impigre exciperet
momentoqꝫ temporis exceptum uibrare:& eodem alternis per manus
tranſlato:glorię id artis plurimū ducere:ſupinandoqꝫ ſe deſuper equū
inclinandoqꝫ utrūqꝫ ad terraꝫ & uiciſſim in latera:ut q a pueris fuiſſet

Totylle oſtentatio inter utrūqꝫ exercitum.

de ſaltādi ac tripudiādi artem edoct9:& ludicra hæc peragēdo:a prima

